

Date Oct 19-3<sup>rd</sup>

Constituents

of  
Cultures

Culture

1662

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

187

66  
57.181. Verba 3<sup>ra</sup>  
19  
3


Prop del Colle<sup>o</sup> Universitat de  
Salamanca

1818  
1819  
1820

SALAMANDA  
1658  
H. L. STADLER



b19009896



*Mors Christi, crux, approbia sputa flagella, que omnia caput nostrum  
Christus pertransiit: quid aliud nobis, quam praelata obediens docimur suorum.*

**INITIVM SANCTI  
Euangelij secundum Ioan. Cap. i.**



A decorative initial 'D' and a floral illustration from a medieval manuscript. The initial 'D' is on the left, enclosed in a rectangular frame with a floral border. To its right is a vertical column of text in Latin, written in a Gothic script. The text discusses the Word of God, creation, and the life of Jesus Christ.



Quem rutilans virtus ad sacros duxit honores.

Asturicæ Praesul, post Malacæ ille fuit.

Ac demum factus Caucensis Episcopus vrbis,

Quæ Concha est hodie, mirifice emicuit.

Iuridicum ille tuum Conuentum Pincia rexit.

Hoc Pisoraca aquis concinit vndisonis,

In quo se Praeses castè, integreque ita gesit,

Vt laudem inde sibi perpetuam tulerit.

Hinc rerum variam acquisiuit cognitionem,

Et res prudenti consilio explicituit.

Hoc decus egregium, nomenque illustre parauit,

Hoc illi famam contulit eximiam.

Qua ducti Reges Fernandus, & Elisabetha

Ornauerè amplis muneribus Didacum.

Nam fidei eius Ioannam committere natam

Maghanimi Reges non timuere suam

Pro qua suscepit præduros ille labores:

Quos semper forti mente, animoque tulit.

Quin & Ioantia CAR L V M natum, atque Philippo

Timxi aquis sacris ille suis manibus.

Et quod Reginæ tunc maximus ille Sacerdos,

Caucensique esset Praesul in vrbe facer.

Praestit officium, quod Ioanne, atque Philippo

Debuit, vt potuit, Regibus, ac decuit.

Legatus missus fuit ad Gallum, atque Britannum.

Hoc Régum Hesperiæ nomine munus obit.

Quid memorem Didaci Caucensis Praesulis illa

Pulchra opera, & fidibus digna cani Aonijs.

Sed superat splendore suo Collegium, & omne,

Quod BONVS Antistes condere, iussit opus.

Quod resonat Tormis, laudat Salmantica Phoebi,

Et Cereris sedes, Castalidumque domus.

Hoc alit Illustres genere, ingenioque potentes,

Et Sophia claros, iureque vtroque viros.

Qui iam finito rigido, insomnique labore,

Tunc fructus capiunt ingenij, & studij.

Iuridicos alij Conuentus, atque Senatus,

Exornantque alij Regia Consilia,

Hinc exire solent alij, vt vel Regna gubernent,

Vel præsent magnis vrbibus, & populis,

Quos longe, lateque tenet Rex ille PHILIPPVS.

Salazar  
de Mendo-  
za en el ti-  
tulo de la  
vida de el  
Cardenal  
Tavera, c.  
9. donde di-  
ze, que en-  
tonces era  
Obispo de  
Malaga, y  
Capellana  
yor dela Ar-  
chidiuquesa  
doñaluana  
Madre del  
Empera-  
dor.

Maximus in terris, imperioque regit.

Hoc insigne quidem, & pulchrum Collegium ab vrbe

Caucensi egregium, & nobile nomen habet.

Quod dedit Antistes Didacus RAMIRIVS vrbis

Caucensis Sapiens, luxquè sui generis:

Et celebre, & felix est hoc Collegium, eritque

Dùm Tormis viridem defluet in Durium,

Dùm vigili studio, virtute, grauique labore

Collegæ Didacum Pontificem referent,

Vt cum laude gerant Hispani mulera Regis,

Vtque illos ornet causia purpurea.



O quod dicit insignis Stella in carminibus, ex san-  
guine Illustrissimi Fundatoris septem Episcopos  
ortos esse, in animum induxi singulos in medium  
proferre. Quorum primus fuit Doctor Egidius Ra-  
mirez, maior Fundatoris frater, qui primo fuit  
Archidiaconus Conchensis, & euocatus à Pontifice Romano elec-  
tus est Episcopus, rediens tamen in Hispaniam obiit Bononia.  
Secundus fuit Doctor Garcia Ramirez, ultimus Prior perpetuus  
Divi Marci Legionens. Deinde Episcopus Quetenjis, necnon  
Præses Ordinum Consilij Militarium. Tertius fuit Illustrissimus  
noster Fundator D. Didacus Ramirez de Haro Episcopus Cō-  
chen. ( Antiquitus autem aliter Concha nominabatur. Nam  
Abrahamus Hortelius Antuerpianus, & Pinetus Quencam vo-  
cant Caucensem Ciuitatem à Cauciensibus populis. Quorum me-  
minit Plin. lib. 3. cap. 3. Franciscus Tarapha Barcinonensis, &  
Clusius scribunt Quencam Valeriam dictam à Valeriano Licinio  
Romanorum Imperatore, qui vna cum Galieno filio in Hispania  
regnauit, & teste Eusebio post Imperij annum XV. interfecti fuere.  
Itaque Concha prius Cauca, deinde Valeria dicta fuit, & nunc  
vulgò Cuenca.) Quartus D. Sebastianus Ramirez de Fuenleal  
Episcopus etiam Conchen. & Præses Vallis-Oletana Cancellariae.  
Quintus D. Anton. Ramirez de Haro Consobrinus Fundatoris  
Episcopus Segouiensis. Sextus Petrus Ramirez de Arellano v-  
triusque iuris professor, ac Bononia Rector à Summo Pontifice  
electus Episcopus noluit acceptare, eo quod fuerat à Fundatore  
hares adoptatus. Septimus D. Didacus Ramirez de Fuenleal  
de Sedeño Episcopus Pamplonensis.

¶ De Illustrissimo Fundatore ex multis laudibus, nonnulla  
adnotauit Lucius Marineus Siculus Historiograp. Regius in suo  
Opere de Rebus Hispaniæ memorabilibus lib. 24. cap. 69. fol. 163  
vbi sic ait.

<sup>6</sup>  
DE IACOBO RAMIRIO VILLA-  
SCVSANO CONQVensi EPISCOPO  
Viro litteratissimo.



BHINC ANNO FERE QVADRAGESIMO secundo, cum ego Salmanticanus me contulism, vbi tringita litterarum diuersarum facultatum professores erant, quos illic Cathedraticos appellabant, & auditorum millia septem eo anno recentissi fuere, qui matriculati dicebantur, nemo tunc erat in gymnasio tam celebri, in tantraque litterarum, & studentium multitudine, qui prædulcem linguæ Latinæ degustationem, suauemq; fructum delibas et, aut Grammaticè saltem, congruèque loqueretur, nisi duntaxat unus Jacobus Ramirus Villasculanus, qui nunc Conquensis Ecclesiæ cura gerit. Quem quidem eloquentissimum, & in omni genere scientia doctissimum, sapientissimumque cognouimus, & in scribendis epistolis, atque alijs operibus elegantissimum. Cuius sapientissimo, fidelissimoque consilio, & summa prudentia Catholici Principes in publicis rebus, atque priuatis, arduisque negotijs vti consueuerunt. Quem etiam propter eius integerimos mores, & honestissimam vitam, non humanis solum negotijs, sed etiam diuinis sua domus ceremonijs, & Sacerdotibus præfecerunt. Quibus ille diligenter seruiens magnos quidem, multosque terra, marique labores pertulit. Quapropter iure quidem à Catholicis Principibus Asturicensi. Ecclesiæ primum, deinde Malachensis, postea Conquensis dignitate donatus fuit. Erat namque Sacerdotum, atque Pontificum omnium pulcherrimum specimen, summumque decus. De cuius magnis virtutibus, & meritis plura quidem, maioraque memoria decus. Digna scribere possemus, quæ causa breuitatis omittimus. Statura corporis fuit excella, cunctisque membris benè compactus. Colore candidus, aspectu benignus, sermone placidus, & cum omnibus cuiuscumque generis hominibus mitis, humanus, & affabilis. Cuius paternum genus ab Arellano nobili familia, vt accepimus, originem duxit. Quod succedente tempore cauta matrimonij, & affinitatis à Pharo quoque cognomen accepit. Avus siquidem huius Episcopi Conquensis nomine Aegidius filius fuit viri cuiusdam nobilis, qui Cameris imperabat. Fuit autem Camerorum dominus Jacobus Arellanus, à Pharo cognominatus. A quo descendit, vt dictum est, avus \* Conquensis Episcopi. Qui ex sua patria proficisciens in regionem Toletanam se contulit Infantem Henricum sequutus, & in oppido Villascusa vxorem duxit, filiam cuiusdam illius oppidi viri primarij, sed fortunæ tenuis, & exigui patrimonij. Ex quo quidem coniugio nobilissima proles, & viri successerunt vtriusque ordinis Sacerdotalis, scilicet & equestris insignes & memorabiles. Fuit autem hic Antistes vir continentissimus, & admirabile castimonia specimen. Ideoque Venereos actus aspernatus, cum liberis caruisset, adoptauit sibi successorem, & heredem Petrum Ramirum Arellanum Laurentij Ramiri Arellani sui fratris filium, qui Lixar, Cobar, & Congustum oppida possidebat. Erat autem Petrus Arellanus, quem Patruus eius Antistes prudentissimus elegit heredem, eques valde nobilis, & litteris adornatus. Quippe qui Bononia multos annos legibus vtriusque iuris impenderat. Vnde reverius in Hispaniam Ciuilis, & Canonica scientia titulis insignitus à Catholicis Principibus in numerum Consiliariorum fuit electus, & Auditor in oppido Vallis-Oleto iuridici conuentus, quem Chancelleriani vocant. Vbi magnum nomen, & claram famam scientia, quam virtutis est adeptus. Qui cum se ad militia Ordini in pronum cognouisset, militarem vitam elegit, & equos, armaque tractare cepit, tametsi litterarum studia non aspernatus assidue lectionibus incumbebat, & præferuit libris humanitatis, & antiquis historijs. Vxorem autem duxit Leonoram Mendiçiam, & Gothomanam Orgaci Comitis sororem, feminam generalem, & unam de primarijs totius Hispania.

\* Additio.

Ino Nuñus Ramírez frater fuit Jacobi de Arellano à Pharo Dñs Camerorum, & iste Nuñus bubit filium Jacobum Ramirū, & Jacobus Aegidium. Aegidium autem Petrum Ramirez de Villascusa Patrem Fundatoris Collegi, qui quidem ep. Fundator Salmanticae Cathedram Theologia obtinuit.

BULLA

<sup>7</sup>  
Bulla Apostolica.

IN NOME  
DNI NOSTRI IESV CHRISTI,

Ac Virginis gloriose Matris eius,  
& beati Iacobi Zebedæi.



OVERINT VNIVERSI PRÆSENTES litteras inspecturi, visuri pariter, & audituri, quod Nos Jacobus Ramirez Dei gratia, Conchens. Episc. Serenissimæ Ioannæ Reginæ Castellæ, Legionis, Aragoniæ, Nauarræ, & vtriusque Siciliæ, Comitis Burgundiæ, &c. Protosacerdos, & ciudem Reginæ, ac Cesareæ Magistri Consiliarius. Cupientes temporalia bona in æternâ commutare, litteras quoque, & virtutem, quantum possumus, pro paritate nostra augere, Collegium pro pauperum scholarium habitatione, & manutentione ad hoc authoritate fœlicis recordationis Adriani Papæ VI. suffulti, construere cœpimus in vrbe Salmantica, cuius quidem facultatis tenor sequitur, & est talis.



DRIANVS Episcopus, seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam, solicita considerationis indagine praecrutantes, quam preciosum sit sapientia & scientia donum: magno desiderio ducimur, ut litterarum studia, in quibus per lectionis exercitium diuina cooperante gratia laudanda acquiritur scientia margarita: vobis incrementa suscipiant, ac fortius inualescant. Et ut id feliciter subsequi possit, personarum nobis, & Apostolici fauoris suffragium propensis impartimur. Sanè pro parte venerabilis Fratris Didaci Episcopi Conchen. nobis nuper exhibita petatio continet, quod ipse de propria salute cogitans, ac terrena in cœlestia, & transitoria in æternâ fœlici commercio communiare cupiens pro diuinis cultus, ac virorum eruditorum, ad quos singularem gerit affectionem, augmento, & fidei catholice propagatione in ciuitate Salmantina: in qua insignis Vniversitas, & studium generale vigere noscitur.

Petitione

noscitur: in loco ad hoc congruo, & commodo unum Collegium pro decenti scholarium numero, de quo sibi videbitur inibi litterarum sacra Theologia, Decretorum, & aliarum liberalium artium studio operam dare volentium, educando cum domo, cameris, & alijs necessarijs officiis de bonis, tam Ecclesiasticis, quā alijs sibi à Deo collatis fundare, ac construere, & erigi facere summoperē desiderat, si sibi ad id Apostolicae sedis authoritas suffragetur. Propter quod iam in ipsa ciuitate domum unam, in qua duodecim scholares expēsissuis degunt, proprijs pecunijs emit. Quare pro parte ipsius Didaci Episcopi nobis fuit humilier supplicatum, ut sibi in dicta Ciuitate unum Collegium pro decenti numero scholarium, ut praeferatur, construi faciendi, ac fundandi, & erigendi licentiam concedere, ac alias in prmissis oportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui dudum inter alia volumus, quod semper in unionibus commissio fieret ad partes vocatis, quorum interest, laudabile dicti Didaci Episcopi propositum huiusmodi plurimum in Domino commendantes ipsum Didacum Episcopum, qui etiam Prelatus domesticus, & continuus cōmensalis noster existit: a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsq; Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pēnis à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latet, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum dunt axat präsentium consequendum harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes: huiusmodi supplicationibus inclinati, eidem Didaco Episcopo unum Collegium, seu unam domum Collegialem pro numero scholariū viginti, aut quotquot sibi videbitur ibidem commoratorum, & in litterarum studijs educandorum, usū, & habitatione cum cameris, & officiis, ac alijs necessarijs adificijs, & Collegialibus insignijs sine alicuius præiudicio construi, & adificari faciendi, ac fundandi, & erigendi: nec non quoad vixerit, proficisci, regimine Magistrorum, Rectorum, Doctorum, & Scholarium dicti erigendi Collegij, quamcumq; tam per quos ipsum erendum Collegium regi, quam quales persona, & in quibus facultatibus studentes inibi recipi, & qui eos præsentare, seu recipere, & admittere, ac qui eiusdem Collegij Patroni esse, & quasvis receptib; ac illius Magistri, Rectors, & Doctores pro tempore existē. obseruare: necnō quā emolumenta, & commodates inibi habere debeant, & alia cuiusvis generis statuta, ordinaciones, & constitutiones laudabilia, & honesta, ac sacris canonibus non contraria, faciendi, & edendi, ac facta, & edita, prout sibi, vel per eum nominando & deputando pro eorundem Magistrorum,

NOTA.  
a Facultas Episcopo cōcessa creandi Patronos.  
b Et quot præsentabit, vide cap. 2. tom. 2.  
c Facultas faciendo statutis, & constitutiones.  
d Facultas nominandi perpetuum administratorem, & visitatorem fuit Antonius Ramirez Episcopus Segouiensis.

trorum, Rectorum, Doctorum, & Scholarium salubri, & laudabili directione visum fuerit, expedire, mutandi, limitandi, interpre tandi, quassandi, & alia de novo tempore, & personarum qualitatibus id exigentibus faciendi, illaq; sub censuris, & pēnis Ecclesiasticis, vel alijs perpetuis futuris temporalibus obseruari mandandi. Necnon omnibus, & singulis Magistris, Rectoribus, Doctoribus & Scholaribus in dicto Collegio pro tempore commorantibus inibi legendi, studendi, & ad quoscumque gradus quarumcumque facultatum in ipso Collegio peridoneos ab ipso Didaco Episcopo deputados, promouendi, plenam, liberam, & omnimodam, autoritatē Apostolica tenore præsentium, licentiam, & facultatem concedimus. Et insuper quum primum parochialem Ecclesiam de Villa Nueva de la Xara Conchen: diœces. per cessum etiam ex causa permutationis, vel decessum, seu quāvis aliam dimissionem, vel amissionem illam nunc obtinentis, aut alias quouis modo etiam apud sedem Apostolicam vacare contigerit, ex nunc, prout extunc, & è contra, medietatem omnium, & singulorum illius fructuum, reddituum, & prouentuum, qui quingentorum ducatorum in auri de camera secundum communem extimationem valorem annuum (ut dictus Didacus Episcopus afferit) non excedunt, ab eadem Ecclesia separantes, & dismembrantes, illam Collegio huiusmodi, post quā illius adicia construi cæpta, licet nondum completa fuerint pro illius manutentione, & personarum eiusdem sustentatione, aut horitate, & tenore predictis perpetuo applicamus, & appropriamus. Ita quod liceat Rectori, & Scholaribus dicti Collegij pro tempore existentia per te, vel per alium, seu alios medietatem fructuum, reddituum, & prouentuum huiusmodi propriā autoritatē libere exigere, percipere, & leuare, & in suos usus, & utilitatem conuerte re. Diœcesani loci, & cuiusvis alterius licentia minime requisita. Et insuper tam Magistris, Rectoribus, Doctoribus, & Scholaribus prefatis, quam in b: prottempore promotis: ut omnibus, & singulis priuilegijs, indultis, libertatibus, iuribus, exemptionibus, immunitatibus, prærogatiis, & honoribus, quibus aly in S. Bartholomei diœce. Ciuitatis S. Crucis, ac S. Gregorij oppidi Vallis-Oleti Palentin. diœces. ac quibusvis alijs Collegijs, & Vniuersitatibus, prottempore degentes, & studentes, Magistri, Rectors, Doctores, & Scholaris, & in illis ad quoscumque gradus quarumcumque facultatum promoti etiam Apostolica, aut imperiali autoritate suffulti utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt in genere, vel in specie, quomodolibet in futurum parifmiter, & absqueulla pēnitūs differentia in omnibus, & personis uti, potiri, & gaudere: necnō ut ipsi Magistri, Doctores, & Scholaris,

lares, etiam Clerici, & Presbyteri leges, & iura ciuilia, ac physicam ad quinquennium duntaxat legere, docere, et audire (si eidem Didaco Episcopo videbitur) liberè, et licitè valeant, eisdem autoritate, et tenore perpetuo indulgemus. Quo circa venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopo Toletano, et Segouensi, ac Oxmensi Episcopis per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios praesentes litteras, et in eis contenta quecumque ubi, et quando opus fuerit, ac quotiens pro parte Didaci Episcopi, ac Magistrorum, Rectorum, Doctorum, et Scholarum predicatorum, seu alicuius eorum desuper fuerint requisiti solemniter publicantes, eisque in pramissis efficacis defensionis praesidio assisten, faciant autoritate nostra concessionem, dismembrationem, separationem, applicationem, appropriationem, et indul-  
tum huiusmodi firmiter obseruari, ac singulos, quos praesentes concernunt, illis pacifice gaudere, non permittentes eos desuper quoscumque quomodolibet indebet molestari contradictores au-  
thoritate nostra appellatione postposita compescendo non obstan-  
tibus voluntate nostra pradicta, et quibusvis alijs Apostolicis, necnon in provincialibus, et synodalibus Conciliis edictis gene-  
ralibus, vel specialibus constitutionem, et ordinacionem, ac quibus-  
vis specialibus, vel generalibus reservationibus etiam mentali-  
bus, expectatiis, et alijs gratijs, unionibus, annexionibus, et incorporationibus perpetuis, vel temporalibus, suppressionibus  
et alijs applicationibus absque consensu, et causa onerosa, acces-  
sibus, et regressibus, ac coadiutorum deputationibus, nomina-  
tionibus, facultatis, litteris, mandatis, concessionibus, et in-  
dultis etiam cum prouisionibus, etiam extunc, prout ex ea die,  
et è contra quibusvis personis cuiuscumque dignitatis, status,  
gradus, ordinis, vel conditionis existen, etiam familiaribus nos-  
tris continuis commensalibus, etiam antiquis, et pro tempore  
descriptis, et alijs quacumque etiam Episcopali, Archiepisco-  
pali, vel alia maiore etiam cardinalatus honore, seu ducali, re-  
gali, imperiali, aut alia maiore dignitate, autoritate, et excel-  
lentia fungentibus: aut in eorum seu Ecclesiarum, monasteriorum, mensarum, etiam uniuersitatum, etiam studiorum genera-  
lium, favorem etiam Imperatoris, Regum, Reginarum, Du-  
cum, et aliorum Principum contemplatione, et intuitu, aut remu-  
neratione, laborum, et obsequiorum, etiam nobis, et dicta se-  
di impensorum, aut in recompensam iurium cessorum, vel abla-  
torum, seu etiam ex quibusvis alijs, etiam quantumcumque  
maximis excogitabilibus causis sub quibusvis formis, et verbo-

rum expressionibus, ac cum quibusvis antelationibus, suspen-  
sionibus, restitutionibus, declarationibus, et alijs efficacissimis  
& insolitus clausulis, etiam talibus, quod illa nullatenus, aut  
non nisi sub certis modo, & forma in eius contentis suspendi pos-  
sint, irritantibusque: ac quod illa extunc vere, & non ficte ef-  
fectu fortiasint illis, quibus concessa sunt, ius irrequisitum fit,  
illique beneficio regula de non tollendo ius quiescitum gaudere, ac  
gratia ipse inter eos, ac nos, & Sedem eandem vim initi contrac-  
tus habere debeant per nos, & Sedem eandem, etiam motu pro-  
prio, & ex certa scientia, ac de apostolica potestatis plenitudine  
etiam consistorialiter in genere, vel nominatim in specie concessis,  
hactenus, & in posterum concedendis, quas, et qua, eorumque  
omnium vim, et effectum, quo ad hoc omnino suspendimus, ac  
in vocatione Ecclesie huiusmodi effectum fortiri, aut locum sibi  
vindicare non posse, neque debere decernimus contrariis quibus  
cumque, aut si aliquibus communiter, vel diuinius à dicta sit se-  
de, indultumque inter dici, suspendi, vel excommunicari non  
possint per litteras apostolicas non facientes plenam, et expressam,  
ac de verbo ad verbum de Indulto huiusmodi mentione, et qui-  
buslibet alijs privilegijs, indulgentijs, et litteris apostolicis gene-  
ralibus, vel specialibus quorumcumque tenorū existant, per  
que presentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus  
carum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus  
quorumcumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda  
sit in nostris litteris mentio specialis. Nos enim dismembratio-  
nem, separationem, applicationem, & appropriationem huius-  
modi sub quibusvis renocationibus unionum, & applicationū  
predictam protempore factis, nisi de illis cum totali presentium  
insertione specialis, specifica, individuali mentio facta fuerit, mi-  
nimè comprehensas, nec renocatas esse, nec illis per quascumque  
concessiones, seu constitutiones ullatenus derogatum censerit: sed  
semper ab huiusmodi renocationibus, & derogationibus exceptas  
existere, & illas, ac in suo pleno robore perpetuo permane-  
re. Necnon ex nunc irritum decernimus, & mane, si secus su-  
per his à quoquam quavis autoritate scilicet, vel ignorantia  
contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum licet hanc  
paginam nostra absolutionis, concessionis, separationis, dismem-  
brationis, applicationis, appropriationis, indulti, mandati, sus-  
pensionis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contrai-  
re. Si quis autem hoc attentare presumserit, indignationem  
omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum  
eius


Nota.

eius senouerit incursum. Datis Roma apud sanctum Petru. Anno Incarnationis Dominice, millesimo quingentesimo vice-simo tertio, septimo Kalendas Maij, Pontificatus nostri anno primo.

**Q**VIBVS quidem litteris Apostolicis facultas nobis præstatur, constitutiones edendi, & editas mutandi, corrigendi, & interpretandi: sicut in eisdem litteris continetur. Idecirco pro regimine, & gubernatione præfati Collegij, constitutiones sequentes edidimus. Ut autem omnia ordine procedant: in quinque tomos eas distinguere, & partiri decreuimus. ¶ In primo tomo agitur, quomodo domus, & capella Collegij sit appellanda, & de capellanis, ac eorum qualitate, electione, seu receptione, iuramenti præstatione, camerarum assignatione, viæ tu eisdem præstanto, & de ipsorum officio, & scholarium circa diuina peragenda: & eorum circa diuina defectibus, & correctione. De eorum in Collegio permansione, & expulsione, ac de alijs eorum officium tangentibus. ¶ Secundus tomus disponit de numero scholarium, corpus Collegij constituentium, & de scientijs, quibus debent operam dare: de ætate, & qualitate ad Collegium recipiendorum, & eorum examinatione, & iuramenti præstatione, ac eorum receptione. ¶ Tertius tomus disponit de camerarum assignatione scholasticis admissis in Collegio facienda, de spectantibus ad victum, & vestitum: prouilione, & gratia, seu subficio graduandis faciendo, necnon de ipsorum circa scientiam exercitio, ac durabilitate temporis mihi Collegio, & circa ipsorum absentiam, & alijs eosdem tangentibus. ¶ Quartus tomus tractat de electione Rectoris, & Consiliariorum, & de singulis eorum officijs ad gubernationem Collegij, & de administratione rerum ad ipsum pertinentium, tam intra, quam extra muros Salmanticenses consistentium. Et de servitoribz domus, ac de protectoribus, & visitatoribus eiusdem Collegij & alijs omnium supradictorum materiam tangentibus. ¶ Quintus tomus accumulat quasdam utiles prohibitiones, & poenas delinquentium. ¶ Circa primum autem tomum sequuntur constitutiones huiusmodi.

CARTA, QVE ESCRIBIO EL Ilustriss. señor D. Dezio Karrafa Nuncio de su Santidad en los Reynos de España, imbiandole el motu proprio, que se sigue despues desta carta, en que su Santidad de Paulo V. confirma el Estatuto del Colegio en todo su rigor, y satisface à la queja del Colegio.

MUY ILVSTRE, Y MUY REVERENDO SEÑOR.



ON EL PLIEGO DE Roma, y cõ cartas del señor Cardenal Burghiesio se me ha ordenado, que imbie à V.S. el Breue, que va confesta, que es en respuesta de una carta, que V.S. escribio à la Sd. de N.S.P. suplicandole se sirviese, que el Estatuto sobre la limpieza de las sangre, que en muchos lugares de España ay, se guardase, y no se viniese contra el, y porque fu Sd. jamas ha querido, que se contrauenga à el, ni se derogue, mas antes que se guarde con mucha puntualidad, imbia à V.S. este Breue, por el qual constará bien claro desto: Y se, que siempre su Sd. quedará muy servido de que se guarde; y yo quedo con mucho deseo, de que V.S. me mande cosas de su gusto, y que se me dé aviso del recibo desta, cuya ay muy Ilust. y muy Rda. persona g<sup>a</sup>. N. Señor. Madrid, y Nouemb. 12. de 1609.

Muy Ilust. y muy Reu<sup>do</sup>. Señor.

Afect<sup>mo</sup>. pro seruirle.  
DeZio Arzobispo de Damasco.

EN QVE LA SANTIDAD DE  
Paulo V. confirma el Estatuto de la  
limpieza, y pureza del Colegio en to-  
do su rigor, y satisface al cuydado, con  
que el Colegio le escribio, de que al-  
gunos pretendian con su Santidad lo  
moderara.

Dilectis filijs Rectori, & Consiliarijs Collegij Conchensis  
Vniuersitatis Salmanticensis.

### PAVLVS PP. V.

**D**ILECTI filij salutem, & Apostolicam bene-  
ditionem litteras vestras de Statuto puritatis  
sanguinis diligenter legimus, atque considerauim-  
us. Multum quidem laudamus Zeum ves-  
trum; planè respondet animi nostri sententia, qui  
ut puritatis statutum integrum seruetur, valde solliciti sumus.  
Neque sane illi praesidicium facere unquam permisimus; neq;  
illud laderè dilecti filij capellani nostri Sacri Palatij Apostolici  
causarum Auditores ullo pacto cogitauerunt. Imo vero ex an-  
tiquo illius Tribunalis instituto, quod est, ut maxime caue-  
tur, ne quid iniuria innouetur, nostroque etiam in hac causa  
principio mandato conseruationi predicti statuti semper stu-  
duerunt: priuilegijs, & gratijs in eius confirmatione ab hac S.  
Sede emanatis inherentes. Quæ res summa diligentia, grauiq;  
deliberatione agitur, iustitia inuolabiliter unicuique admi-  
nistratur, nec permittitur, ut alicui inferatur iniuria. Igitur  
ex animis vestris omnem sollicitudinem hac de re volumus re-  
moueatis. Incrementum divinae gratiae vobis optamus, quibus  
cum omni charitatis affectu benedictionem Apostolicam impar-  
timur. Datum Roma apud S. Marcum sub Annulo Piscatoris  
xij Kalendas Augusti Anno MDCVijj.  
Pontificatus Nostri Quinto.

Originale serua-  
tur in Archivio  
Collegij.

15  
Sequitur Bulla Pauli Pontificis Maximi,  
qua Præbendæ medicæ facultati  
annexæ, Iurisprudentiæ  
applicantur.



**A**VLVS EPISCOPVS SERVVS  
seruorum Dei, dilecto filio Officiali Salmantino,  
salutem, & Apostolicam benedictionem. Humi-  
libus fidelium votis libenter annuimus, eaq; fa-  
uoribus prosequimur opportunis. Exhibita siqui-  
dem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum,  
Rectoris, & Collegialum Collegij S. Iacobi Salmantini peti-  
tio continebat, quod bona memoria Didacus Episcopus Con-  
chensis in Ciuitate, seu Vniuersitate Salmantina dictum Col-  
legium certis modo, & formatunc expressis, fundauit, & do-  
cuit. Et inter alia statuta, quæ pro bono regimine, & pro-  
spera direccione dicti Collegij, illiusque Rectoris, & Collegialium  
ex specialis Sedis Apostolica licentia, & facultate sibi à felicis  
recordationis Adriano P P. Vj. predecessor nostro concessa,  
statuit, & ordinauit, quod in dicto Collegio decem pro Iuristis,  
& octo pro Theologis, ac duo præ Medicis præbende collegia-  
tura nuncupata, etiam ultra duos Capellanos adesse deberent,  
prout in scripturis desuper confessis dicitur contineri. Cum au-  
tem sicut eadem petitio subiungebat à tempore foundationis dic-  
ti Collegij ad duas præbendas huiusmodi pro Medicis sic affec-  
tas, nequaquam Medici in hucusq; diem admissi fuerint. Idq;  
exemplo aliorum insignium Collegiorum dictæ Ciuitatis, seu  
Vniuersitatis, quæ Medicos admittere noluerunt, factum fuisse  
videatur; neque dignitati, nec existimationi ipsorum Collegio-  
rum, ex quibus tot insignes, & eruditæ viri hucusque prodie-  
runt, & in dies prodeunt, conueniat Scholares, seu Collegiales  
Medicos in eis recipere, & prouide Rector, seu Collegiales præ-  
dicti plurimum cupiant ad duas præbendas huiusmodi deinceps  
duos Iuristas admittere, idq; stante statuto prædicto facere posse  
dubitent absque nostro, & dictæ Sedis indulto: pro parte Rec-  
toris, & Collegialum prædictorum nobis fuit humiliter suppli-  
catum, quatenus eis in premissis opportunè prouidere de benig-  
nitate Apostolica dignaremur. Hos igitur certam de premissis  
notitiam non habentes, ac Rectorem, & Collegiales prædictos,

ac eorum quemlibet à quibusuis excommunicationis, suspensiōnis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pēnis à iure, vel ab homine, quanuis occasione, vel causalitatis si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum præsentem duntaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutos fore, censentes huiusmodi supplicationibus inclinati discretioniu& per Apostolica scripta mandamus, quatenus, si est ita, eijsdem Rectori, & Collegialibus, quod ex nunc, & deinceps perpetuis futuris temporibus ad duas præbendas pro Scholaribus, seu Collegialibus Medicis, ut prædicitur destinatas nō Medici, sed Iuristæ seruat a forma in prouisionibus aliam præbendarum prædicti Collegij seruari solita admitti, & recipi debeant, authoritate nostra concedas, & indulgeas, ac Rectorem, & Collegiales prædictos desuper à quoquam quouis praetextu, colore, vel ingenio molestari, inquietari, aut quoquo modo impedire nullatenus unquam possit. sive per quoscumque Indices, & Cōmissarios quauis autoritate fungentes, etiam causarum Palati Apostolici Auditores iudicari, & definiri debere, irritum quoque, & innane decernas, si secūs super hijs à quoquam quauis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dicti Collegij iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia, roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium quomodolibet concessis. Quibus omnibus illis alias in suo labore permansuris hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, caterisque contrarijs quibuscumque. Datis Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Domini millesimo sexcentesimo undecimo, sexto Idus Martij Pontificatus nostri, anno septimo. Loco  Sigilli.

CONS-

Iam sicut dispensatur, practicatur & originalis Bulla seruatur in Archivo Collegij



## CONSTITUTIONES

IN SIGNIS AC CELEBERRIMI

COLLEGII MAIORIS

DIVO IACOBO

ZEBEDEAE O

SACRI, QVOD SALMANTICÆ ILLVSTRISSIMVS

PRINCEPS DOMINVS

D. DIDACVS RAMIREZ  
DE HARO,

REGVM CATHOLICORVM

Ferdinandi, & Elisabeth Protosacerdos,  
& Episcopus Conchensis conf-  
truendum curavit.

PRIMVS TOMVS

I. Constitutio.

QVO NOMINE COLLEGIVM  
APPELETVR, ET CAPELLA EIVS DEM.



OLVMVS, ET STATVIMVS, QVOD  
Collegium per nos Salmanticæ ædificatum ap-  
pelletur Collegium Sancti Iacobi Zebedæi. Ad  
quod tria nos incitant. Primum, quod Hispani  
sumus: cuius regionis D. Jacobus Patronus est.  
Alterum, quod eo loco nati sumus: quod temporaliter Diuo  
Iacobo, & suo ordini subditum est. Tertium, quod in Baptif-  
mo

mo Iacobi nomine insigniti sumus. Capella autem eiusdem Collegij eidem D. Jacobo Zebedæo assignetur.

## CAP. II.

## De Patrono Collegij ex sanguine nostro.

**I**TEM volumus, & ordinamus, quod de familia, & genere nostro sit perpetuo unus Patronus dicti Collegij, qui quantum in eo erit, defendat, & tueatur Collegium nostrum, & res ad illud pertinentes. Volumus autem, quod Patronus primus post diem obitus nostri, si fuerit tamen superistes, sit nepos noster ex fratre Antonius Ramirez de Haro Episcop<sup>o</sup> Au- riensis quando vixerit. Post cuius obitum succedat alter nepos noster etiam ex fratre Petrus Ramirez, & eius filius primogenitus ex legitimo matrimonio, & sic successuē: quo sine liberis decedente, succedat Eugenius Ramirez Carrillo, & eius suc- fessores. Quibus omnibus deficientibus, succedat in patronatu is, qui fuerit magis nobis sanguine coniunctus ex parte patris nostri. Qui quidem Patronus duos<sup>a</sup> scholasticos presentare valeat, & habeat ius praesentandi illos, unum ad audiendum Thelogiam, & alterum ad Ius Canonicum, seu Ciuale: qui si fuerint qualifi- cati, ut nostra hæc statuta disponunt, Rector, & Collegæ illos omnino recipere teneantur absqueulla dilatione. Qui quidem, si fuerint ex sanguine nostro, possint etiam inter se esse consan- guinei. Sed ne ex hoc in superbiam esserantur, volumus, quod nunquam aliquis eorum<sup>b</sup> in Rectorem eligatur. Idem etiam volumus de scholasticis Samanticæ natis. Isti vero duo per Pa- tronum praesentandi possint esse nati in dioecesi Conchensi, & illorum unus ex opido de Villascusa, in quo nos orti sumus. Itaq si in oppido de Villascusa repertus fuerit unus scholasticus, qui habeat qualitates requisitas, prout nostra statuta disponunt, Pa- tronus illum requisitus necessario praesentet, & Rector, & Col- legiales teneantur illum recipere absq; nulla tergiversatione, qui si forte malitiosè distulerint illos ad predictum Collegij admittere, per Patronum compellantur, & per visitatorem puniantur atrociter tanquam ingrati. Volumus nempe patriæ nostre hoc beneficium conferre. Valeant tamen eligi alij tres per Collegas vbiuis in predicta dioecesi orti, non obstante statuto de certo numero<sup>c</sup> Collegialium in una dioecesi natorum: nempe hac prærogativa volumus Conchen. Episcopatum gaudere, quia magna

<sup>a</sup> Idem determinauit, & mandauit Illustriss. Fun- dator in ipso testa- mento, ut constat ex illo, cuius data est 9. die Ianuarij anno 1521. coram Ferdinandino de Va- lejo Notario Ca- meræ Regis, & idem fuit obtentum, ut constat ex sententia lata in favore pa- troni anno 1579.

<sup>b</sup> Vide declaracione 13. Antonij Ram- irez Episcopi Segobiens.

<sup>c</sup> Constit. 2. tom. 2.

magna ex parte collegium istud ex fructibus illius construximus. Si vero aliquo tempore non reperirentur idonei scho- lastici in predicta dioecesi Conchensi nati, nec in oppido de Villascusa: tunc possit illos presentare Patronus, vel ex Ma- lacitana, vel Astoricensi dioecesi. Quibus nos aliquando Deo concedente præfuius, vel undecumque ex regno Castellæ ortos illis deficientibus. Quod si post vitam predicti Episco- pi Aurieñ, nepotis nostri, contingat aliquem ex sanguine nos- tro etiam Episcopali dignitate esse predictum, talem volum<sup>o</sup> unum ex his duobus scholasticis posse presentare, alium ve- ro, Patronus presentabit. Non existente vero ex genere nos- tro aliquo Praelato, presentatio predictorum duorum scho- lasticorum ad predictum Patronum laicum devoluatur, qui tunc temporis fuerit,

**CAP. III.** *Quot Capellani, & quales, & unde esse debeant, & per quos recipiendi: & de iuramento eorum;*

**I**TEM statuimus, & ordinamus, quod in prefato Col- legio sint perpetuis futuris temporibus duo capellani, clerici, seculares, natione Castellani, vitae laudabilis, ac honestæ conuersationis: qui habeant ab Episcopis suis litteras dimissorias testimoniū perhibentes, quod non est in eis im- pedimentum, quo minus diuina celebrare valeant. Erit autem conueniens, quod sint Theologi, vel ad minus unus eorum: qui eligantur à Rectori, & Collegialibus, in quibus si fuerit disparitas vocum, valeat ea pars, in qua plurimum vota con- uenerint. Quod si numero pares fuerint; illa pars praferatur, in qua Rectoris<sup>a</sup> vox accesserit. Qui antequam assumantur, iurabunt in manibus Rectoris, & in sacrosanctis Euangelijs, praesentibus collegis, quod omnia illa statuta Collegij edita, & edenda, prout ad eos spectant, inuiolabiler obseruabut, & quod edita à die receptionis sua & vsque ad mensem perle- re curabunt, & ipsi Rectori reverentiam, & obedientiam de- bitam exhibebunt, sibi obediendo in licitis, & honestis. Et quod istarum constitutionum revocationem, seu mutatio- nem per se, vel per alios modo aliquo nunquam procurabunt, nec procurari consentient requisiti: iura, libertates Collegij defen-

<sup>a</sup> Votis equalibus preualebit, ubi Re- ctor accesserit.

<sup>b</sup> Quæ iurare de- beant nouiter elec- ti, & infra cap. 7. tom. 2.

defendent: & quamdiu in ipso Collegio permanebunt, si sciuerint contra ipsum aliquid fieri, reuelabunt, ut melius, & ciuius commode poterunt bona fide, remota cuiusquam amicitia, odio, consanguinitate, & quod nunquam erunt contra Collegium.

## CAP. IIII.

*Quod Capellani communem vitam cum Collegis habeant: de electionibus tamen Rectoris, Consiliariorum, & Collegarum, & de negotijs Collegij non se intromittant.*

**S**TATVIMVS præterea, & ordinamus, quod prædicti capellani vitam communem habeant cum cæteris collegis in victu, & vestitu. Et quoniam charactere Sacerdotali insigniti sunt: sedeant in mensa post Rectorem. Etsi aliquem eorum doctorari contigerit: iuvetur ab arca Collegij eo modo, quo cæteri, de quibus statuimus.

## CAP. V.

*Quomodo Capellani se habere debeant circa diuinum officium tam in festis, quam in ferijs.*

**S**TATVIMVS præterea, & ordinamus, quod præfati capellani diuinis officijs deseruant per modum, qui sequitur. Vnus enim eorum singulis diebus Missam celebrare teneatur de tempore, facta tamen semper commemoratione nostri, cum viuimus: & post mortem, nostri, & Parentum nostrorum, preter quā in diebus solemnibus: in quibus præfata commemoratio omitti valeat. Quæ quidē Missa ita inchoetur, quod ante tempus intrandi in scholis ad lectiones ordinarias compleatur: si tamen vterque capellarum quotidie celebrare voluerit, deuotionem eorum in Dño commendamus. In festis tamen duplicibus, videlicet Nativitas Dñi matutinas horas ipsi, & Collegiales decantare procurent, & Missam Maiorem, & Vesperas dicant ipsa prima die cum duobus sequentibus: & primas Vesperas ante diem Nativitatis: similiter facient in festo Circumcisionis, Epiphaniæ, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, Trinitatis, Corporis Christi, & in Conceptione, Annunciatione, Nativitate, &

Affump-

Assumptione Beate Mariæ Virginis, & in Nativitate Ioannis Baptistæ, & beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & beati Iacobi Hispaniarum patroni, & Omnium sanctorum, & Cō memoriationis defunctorum. In quibus omnibus primas, & secundas Vespertas cum Missa Maiori in cantu dicere teneantur. Est enim eisdem à sede Apostolica concessum, quod audiētes diuinum officium ita satisfaciant, ac si in matrice Ecclesia audirent: hortamur autē collegas, & collegij familiares (si tamē alias ad rē idonei sint) quod capellanos inueniāt in diuinī officij celebrationē: & quod, si eisdem molestum nō est, matutinas cantent in diebus Epiphaniæ, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, Corporis Christi, & Assumptionis V. Mariæ: quas cantare poterunt in p̄fatis diebus, vel in crepusculo noctis, postquam ianua Collegij clausa est, vel diei,

## CAP. VI.

*De Missa pacis, & anniversarij dicendis.*

**V**OLVMVS præterea, & ordinamus, quod septima die Decembri, qua Romana Ecclesia B. Ambrosio festa persoluit, capellani, & Collegiales in dicta capella Collegij Missam pro pace, & concordia collegarum, & conseruatione Collegij, & probenefactoribus domus soleū niter celebrare teneantur. Dicant præterea officium defunctorum nona die Maii: vt octaua die dicant in capella vespertas defunctorum, & matutinas cum novem lectionibus, & die sequenti Missam pro defunctis in cantu: similiter faciant 6. & 7. die mensis Februarioj pro redemptione animarum patris, & matris nostrorum: similiter facient ea die, qua nos viam vniuersæ carnis ingredi (disponente Deo) euenerit. Qua die Collegiales omnes defunctorum officium integrē persoluant.

*Prout enenit II-die mensis Augusti 1537. ut constat ex diplomate, quod vulgariter appellatur Libro de la Preciosa, qui est in Archivo Ecclesiæ Majoris Conchen, cuius transumpta, est sequens.*

**D**IDACVS Ramirus bonus appellatus XXIII. huius Ecclesie Episcopus Vilascus de Haro huius Conchen. diaceſeos ortus, in sacra Theologia, diuinno, humanoque iuribus omnium ferè suorum temporum doctissimus, omnibusque alijs, tum animi, tum corporis dotibus, ita ornatus, ut quocumque conatus esset, fortunam sibi ipsi facturus videretur; a prudentissimis, & catholicis Regibus F. Anognost ab Fer-

Ferdinando, & Elisabeth, ob ingentem eius litterarum, & virtutum opinionem ascitus, primo Astoricensi, postea Malacitanæ, & demum Conchensi Ecclesijs præfuit, Ioannæque Regiae, Philippi Regis uxoris, supremus capellanus factus inuictissimum Carolum V. Romanorum Imperatorem, Hispaniarumque, & Germania Regem eorundem Regum filium, sacro baptismatis fonte abluit: capellam insignem in propria patria, & nobile Collegium in Gymnasio Salmantino sumptuosiss, & magnificis adiunctis construi fecit, maximisque prouentibus dotauit. Qui post ingentes legationes eorundem catholicorum Regum nomine ad Francia, & Anglia Reges summa cū prudentia, & authoritate peractas, Cancelleriamque Regia Vallis-Oletanam, aliaque quam plurima publica Regia munera prudenter administrata, & demum per plures annos Ecclesiam Conchein. propria presentia sapientissimè rectam, in eadem Ecclesia cunctis bonis maximum de se desiderium relin quens, omnibus facultatibus suis prius intefuisos, & pauperes distributis, Sabbatho ad horam octauam 11. Augusti, Anni 1537. fato concessit. Fuit admissus ad possessionem Episcopatus 23. Iunij 1518. est sepultus intra cancellos Capelle Maioris. ★ D. O. M.

\* Super cuiusse pulchrum hac sunt sculpsa.

Didaco Ramirez Conch. Episcopo Viro Raro, & Doctissimo, cui tanta vis animi, ingenijque fuit, ut ad id vnum natum diceret, quod cumque ageret. Obiit anno 1537.

### CAP. VII.

*Cui ornamenta, & iocalia Capella debeant consignari.*

VLVMVS præterea, vt diuinum officium ordine dibito peragatur. Quod vni ex capellanis (cui Rector, & Consiliarij iniunxerint) paramenta omnia dictæ capellæ, libri, iocalia, & calices cum patenis, & omnia, & singula sibi commissa, & commendata diligenter custodi re, parare, & tradere, prout diuina officia celebranda requirunt, teneatur: & iureta quod extra Collegium nihil præfatorum donabit, neque commodauit sine expressa Rectoris, & Consiliariorum licentia. Inuentarium autem, & capellani iuramentum in arca eiusdem Collegij ponetur, & Collegij Rector tantundem habebit, & sequenti Rectori reddet, quem primum fuerit electus: dentur autem capellano pro huius ministerij cura, & labore singulis annis quatuor floreni auri de Aragonia.

*a Quid iurare debet custos ornamenti torum.*

Cap.

### CAP. VIII.

*De pena Capellarorum, qui diuinis officijs non interfuerint, & quod nullum officium habeant, per quod*

*zibet laboris de oboe seruientiam impediatur.*

VOLVMVS præterea, & statuimus, quod capellani diuino officio (ad quod tenentur) semper interlinint. Quod si absentes fuerint eadem die mēsa portione priuati sint: sive rō eorum aliquis Rectori fuerit inobediens: per eundem Rectorem, & consiliarios debita pena puniatur. Et vt libere deseruire valeant, nullum ministerium, vel officium b intra Collegio, nec extra eis iniungantur, quod diuino officio præstare impedimentum valcat.

*b Capellani nullū officium habeant.*

*Cap. IX. Per quod tempus capellani in Collegio permanere possint, & per quem corrigi.*

VOLVMVS præterea, & statuimus, quod capellani predicti possint in seruicio dictæ capellæ vltra octo annos quanto tempore voluerint c permanere: dummodò officium suum benē, laudabiliter, ac diligēter adimpleuerint. Quorum defectus, negligentias, siue excessus Rector cum consilio consiliariorum corrigit. Nec inde expellantur nisi inordinati, aut seditionis, seu inutiles fuerint, vel alia iusta causa arbitrio Rectoris, & Collegialium occurrerit, propter quam expellendi videantur.

*Cap. X. De officio peragendo à Collegio.*

ITEM quia scholasticos beneficium in Collegio recepturus gratos a esse cupimus, eos in Dño hortamur, quod nostri, & parentum nostrorum animas semper in suis orationibus deuotè Dño commendent, & pro dicto beneficio in domo Dni ali quid offerant pensionis. Volumus itaq; & statuimus, quod singuli Collegiæ ad sacros ordines promoti, vel aliquod beneficium, etiam si parvum sit, obtinentes, breuiarium habere teneantur.

Ethoras canonicas dicere secundum morem Romanæ Ecclesiæ: ad quod privilegiati sunt, dicere b teneantur: scholastici verò, qui nec sacros ordines, nec beneficium habent, singulis diebus officium defunctorum cum vesperis, & matutinis persoluant. Hortamur præterea eos, vt singulis hebdomadibus septem Psalmos

*a Iuxta illud Pauli ad Colos. cap. 3.*

*Grati estote,* &

*Propter. c. 17. Qui*

*redit mala pro*

*bonis, non rece*

*det malum à do*

*mo eius.*

*b Ordinatus ordi*

*ne sacro, vel bene*

*ficium habens, te*

*netur horas dicere*

poe-

pœnitentiales cum litanijs, & orationibus dicere velint pro redemtione animæ nostræ, & maiorum nostrorum.

*Cap. XI. De audienda re diuina, & ministerio ab scholastici-  
in capella praestando, & de absentium mulcta.*

**I**TEM volumus, quod quilibet scholaris legitimo impedimento cessante (de quo Rectori fidem facere teneatur) singularis diebus Missam audiat. Quod si non fecerit, in duobus moropetines mulctetur: quos in fine mensis cuiuslibet, personae per Rectorem electe soluere teneantur sub pena priuationis portionis Collegij per unum diem: qui quidem collector infra biduum Rectori pecunias collectas tradat, quae receptori redditum Collegij consignentur: quas in libro receptionis scribere teneatur. Qui verò in Missa pacis, aut in anniversarijs, de quibus supra, absens fuerit portione Collegij sit priuatus per duos dies. Ordinamus preterea, quod scholastici diuino officio interessentes (si sint habiles ad cantandum, vel legendum cum capellanis, & ceteris cantantibus) simul cantent.

verò in Missa pacis, aut in anniversarijs, de quib<sup>o</sup> supra, absens fuerit portione Collegij sit priuatus per duos dies. Ordinamus pre- tereà, quod scholastici diuino officio interessentes ( si sint habiles ad cantandum, vel legendum cum capellani, & cæteris cantan- tibus ) simul cantent, & legant memores <sup>c</sup> David Regis, & Pro-phetæ, qui ex deuotione non erubuit coram arca Dñi saltare, & canere, illud etiam ad mentem reuocantes, seruire Dño, regnare est.

**Cap. XII. Quibus temporibus Rector, & ceteri Collega  
confiteri debeant, & corpus Christi suscipere.**

**P**RÆTEREA, quia in Euangeliō scriptum est, Nisi māducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Et Iacobus <sup>a</sup> Apostolus dixit: Confitemini alterutrum peccata vestra. Et Ecclesia in Concilio generali statuit, Ut omnis <sup>b</sup> vtriusque sexus fideles saltem semel in anno sua peccata confiteantur: & quoniam antiquo iure statutum erat, ut saltem ter in anno fideles corpus Dñi acciperent, & quoniam viros scholasticos vna in domo commorantes sanctius, quam alios viuere decet. <sup>c</sup> Idcirco statuimus, & ordinamus, quod Rector, & Collegae confiteri intra capellam Collegij, & non alibi, <sup>d</sup> & corpus Christi deuote suscipere teneantur in festis Natalis Christi, & Purificationis.

**e** Rector tenetur Eucharistiam sumere in festo Assumptionis Virginis Mariae. lijs præcipuis festis cōmunicantibus auctoritate Apostolica, qua fungimur, decem annos indulgentiæ de pœnitentijs iniunctis indulgemus. Rector verò, qui alios exemplo præcedere debet, e-

etiam communicabit in festo Assumptionis Virginis Mariæ. Non  
communicantes verò in festis Natalis, & Resurrectionis prædie-  
tis priuetur vietu communi, donec communicauerint.

## SECUNDVS TOMVS

Secundus Tomus disponit numerum Collegialium ad Collegium recipiēdorum & de scientijs, quibus debent operam dare, & de eorum aetate, & qualitate, & de electione eorum, & examinatione, & receptione, ac iuramenti præstatione.

*Cap. I. De numero Collegarum, & facultatibus; quibus  
debent operam dare.*

**S**TATVIMVS, & ordinamus, quod ad Collegium  
recipi valeant viginti scholares: quorum octo Sacre  
Theologiæ: octo Iuri Canonico: duo Iuri Ciuiili; &  
duo Medicinæ operam dent. Qui postquam admis-  
si fuerint ad aliquam dictarum facultatum, ad alia  
non se transferant: sed circa eam, ad quam admissi sunt diligen-  
ter intendant. & Permittimus tamen, & consulimus Theologis  
quod per biennium, aut trienium Iuri Canonico intendant; vt eō  
modius Ecclesiarum regimini prodesse valeant; si quando eis in  
eisdē residere datum sit: Canonistæ verò ( si voluerint ) perquin-  
quennium leges audire valeant: sicut in Adriani Bulla continetur.  
Sic tamen quod Theologi primo quadriennio soli Theologiæ; Ca-  
nonistæ verò soli Canonico Iuri operam dent. Sed quoniam iuxta  
Hieronymum, conturbat acumen legentium, qui seculares li-  
bros legendos prohibet: id circò nulli corūdem collegarum pro-  
hibemus, quin aliquando ( si velint ) humanis litteris se immis-  
ceant, sic tamen quod ab eis non absorbeantur.

**Cap. II. De astate, & qualitate ad Collegium recipiendorum**

tiam

<sup>b</sup>Vide declaratio-  
nem primam An-  
tonij Ramirex, &  
ibi nota.

<sup>c</sup>Nam qualitas,  
& forma solebant  
cōsiderari ex Dan.  
c. 1. ibi de semi-  
ne Regio, in quib'  
nulla sit macula,  
decoris forma, &  
eruditos sapientia,  
ut possint stare in  
palatio Regis.

<sup>d</sup>Hanc consti-  
tutionem refert, &  
exponit Episcopus  
Rojas in Singulari  
104. & vide etiā  
Siman. in defens.  
apologetica statuti  
Ecclesiæ Toletanae

<sup>e</sup>Quid si post quā  
est electus, habetur  
notitia de aliqua  
incapacitate, vide  
declarationem 14.  
Episcopi Segob. de  
qua infra.

Limitatur in casu  
constit. 2. tom. 1.  
vers. non obstante.

Loca autem Ordinum Militarium  
cuius diœcesis in-  
telligentur? nullius: ita commu-  
niter nominantur  
in omnibus Tribu-  
nalibus, atque ita  
ex eius oriundi Epis-  
copatibus circum-  
vechinis non adnu-  
merantur, ut de-  
cretum, & inter-  
pretatum est à Col-  
legio, anno 1633.  
Rectore D. Grego-  
rio de Chaves, &  
Mendoza, die 16  
Septemb. ut patet  
ex tit. determina-  
tionum Collegij, pa-  
gin. 416 & ex tit.  
secreto Archivii, in  
quo electiones scri-  
buntur, ubi latè cō-  
tinetur hec deter-  
minatio.

## Cap. III. De libertate in electionibus.

ET

**S**TATVIMVS præterea, quod ad Collegium admittendi sint ætatis viginti quatuor annorum completorum, & qui honestæ vitæ, & conuersationis fuerint, non coniugati, sani corpore, pauperes: ita quod in patrimonio, aut in beneficio non habeant ultra summam viginti ducatorum aureorum. <sup>b</sup> Et si in collegio residentes ultra hanc summam redditus fuerint assequuti, pacificâ possessione habita sine fraude Collegio exire teneantur. Non sint regulares in aliquo ordine, non descendant per aliquam lineam ab his, qui pro hæresi fuerunt condemnati, vel reconciliati publicè, vel ocultè. Sed sint Christiani antiqui. Christianos antiquos intelligimus eos, quorum parentes, siue patres, & avi, attauit, & maiores semper fuerunt habiti publicè, & ocultè pro Christianis antiquis. Ita quod nullo modo descendant ex genere Iudeorum, vel Maurorum. De quo antequam ad Collegium eligatur unus ex Collegialibus, vel capellanis expensis recipiendi, vel recipiendorum ad propriam patriam, vel locum talis recipiendi vadat, & afferat publicum instrumentum quinque ad minus testimoniū fide dignorum, qui sint contestes comprobantes talem recipiendum esse idoneum, & nullo modo trahere originem à Iudeis vel Mauris, alioquin nullo pacto recipiatur, etiam quantuncumq; alias qualificatus existat. <sup>e</sup> Sint natione Castellani, in quo etiam Regnum Granatae includi volumus, quod præstante Dño tempestate nostra per inuictissimos Ferdin. Regē, & Elisabeth Reginā benefactores nostros ab infidelium manibus ereptum est. De Regnis verò extraneis, videlicet Franciæ, Aragoniæ, Nauarræ, & Portugaliæ, & de Prouintijs Vizcayæ, & Galleciæ unus dumtaxat ex qualibet assumi valeat: & ut monopolij occurratur, de vna diœcesi nō elegantur nisi duo: quorū loca natuitatis per quinque ad minus parafangas, siue leucas distent. Nullus Collegarum sit alterius consanguineus intra quartum gradum consanguinitatis secundum formam Iuris Canonico computandum. Volumus præterea, quod de natis intra urbem Salmanticam duo eligi valent, unus Theologus, & alter Iurista: esset conueniens, quod vna præbenda eorum detur nobilitati, altera verò populo. Quod si procedente tempore videbitur non conuenire, quod Salmanticenses ad Collegium admittantur, permittimus Collegialibus electoribus, ut temperent à Salmanticis electione, super quo eorum conscientiam oneramus.

**E**T quoniam libera debet esse eligentium mens, & vox. Volumus, & statuimus, quod vacante aliqua præbenda collegarum, capellanorum, vel familiarium, nullus pro recipiendo preces fundat: quod si factum fuerit, ea vice inhabilis sit ad electionem. Si verò ( quod absit ) eligentium aliquis pro voce sua pecuniam acceperit: sit eo ipso collegio priuatus. Quam priuationem cæteri scholastici sub pena præstiti iuramenti exequi teneantur.

## Cap. IV. De modo electionis Rectoris, &amp; Consiliariorum.

<sup>Vide declarationem</sup>  
<sup>4. Episc. Segob.</sup>

**I**N electione Rectoris, & Consiliariorum hic modus seruabitur: Inde S. Lucæ omnes Collegæ conuenient in capella ( qui locus electionibus destinatus est ) in qua audita primū Missa de Spiritu sancto, de toto numero Collegialium, excepto Rectore, & consiliarijs, qui eo an. in suis officijs seruierunt, & presentatis per Patronum, & Collegis Salmanticensibus, facto primū iuramento, quod in Rectorem, & consiliarios illos eligit, quos utilitati, & bonæ gubernationi collegij magis idoneos cognouerint, quilibet eligentium eum eligat, quem secundum Deum magis viderit conuenire ad officium rectoratus: quam vocem scripto secreta dabit, & unus capellanorum papiros, & vota eligentium de manu eorum capiet, & intra pileum, seu bursam posuerit. Omnibus autem positis papiros iterum extrahat, & super alios ponat, & legat nomina electorum. Is autem Rector erit, in quem plurimum vota concurrerint. Si verò pares fuerint duo, aut tres, illorum voces preferantur, quibus accesserit Rectoris antiqua vox. Facta autem ( ut premittitur ) Rectoris electione, statim præstabunt omnes Collegæ, capellani, & familiares obedientiam Rectori nouitè electo, & iurabunt, quod ei obedient in licitis, & honestis. Consiliariorum verò electio ita fiet. Primo anno Theologi, & Medici de se ipsis duos consiliarios eligit, & Canonistæ, & Legistæ unum. Secundo verò anno Canonistæ, & Legistæ duos eligit de se ipsis: Theologi, & Medici unum, & sic alternando. Et in eorum electione seruetur modus, qui in electione Rectoris præscriptus est. Et fiat electio consiliariorum sequenti die post S. Lucam. Si verò Rector officium sibi iniunctum rectoratus forte contumaciter acceptare recusauerit, ipso facto Collegio sit priuatus; hoc tamen seruato, quod Rector uno anno electus, non possit infra biennium sequens in Rectorem eligi. Si tamen

<sup>In electione Cole-  
garum, & familia-  
rium idem serue-  
tur, & æquipara-  
tur.</sup>

<sup>Pœna electoris re-  
cipientis pecunia.</sup>

<sup>Et nouis, vide de-  
clarationem 10.  
Antonij Ramirex.</sup>

<sup>Et qui possint in  
sorte admitti, vi  
de statutum 4. an-  
ni 1567.</sup>

<sup>Tampoco pueden  
entrar en suertes  
de Señor Rector los  
Colegiales, que des-  
pués de elegidos no  
ayan estado en el  
Colegio por espacio  
de año, y medio. El  
señor Obispo de Se-  
gobia declarat. 10  
in pag. 57. y ningu-  
no de los declara-  
dos en esta constit.  
puede ser Viceretor  
ni Viceconsiliario,  
idem declarat. 13.  
pag. 58.</sup>

<sup>Este modo de elegir  
señor Rector está al-  
terado por declara-  
ciones del señor O-  
bispo de Segovia,  
ut constat ex decla-  
ratione 4. in folio  
54. & decl. 11. in  
pag. 57.</sup>

<sup>Votum Rectoris,  
ubi sit, præualeat.</sup>

D. D. Francisco  
de Amaya in leg. 3  
cod. de munib; 19.  
et bon. num. 19.

tanta sit personæ probitas, quod à duabus partibus collegarum ternario numero diuidendarum fuerit approbatus, reelegi valeat secundo anno, & adhuc tertio. Sed ultra tertium rectoria non pro-rogetur. Qui autem fuerit vno anno consiliarius, intra sequentem annum in consiliarium elegi non valeat. Haec autem electio vno contextu finem accipiat, hoc est, in aurora festi S. Lucæ.

*Cap. V. De iuramento Rectoris, & Consiliariorum.*

**R**ECTOR verò, & consiliarij electi (sicut dictum est) sequenti modo coram omnibus tactis sacrosanctis Euā-gelijs iurabunt, quod statuta Collegij bona fide, & quantum in eis fuerit, inuiolabiliter obseruabunt, & quantum eis est, facient ab alijs obseruari, & commissum sibi ministerium omni odio, & amore postpositis, & omni fraude cessante fideliter exercebunt. Iura, & libertates Collegij defendent, & bona ipsius fideliter dispensabunt, ac de sua administratione debitam rationē reddent: contra collegium, neque ibidem commorantes, neque postquam inde exierint, vñquam erunt.

*Cap. VI. De modo electionis Collegij.*

a Quid antea fieri  
debeat, vide decla-  
rationem, p. 12. E-  
pisc. Segob.

b Ceteris paribus  
nobilior est prefe-  
rendus ex manda-  
to 4. Illustri. ac  
Dñi nostri Episcopi  
de quo inf.

c Vbi votum Rec-  
toris fuerit, præua-  
lebit.

d Quando fieri de-  
beat electio.

e Examen quomo-  
de, & quando fiat.

**C**VM occurrerit electio alicuius collegarum congregentur omnes electores in capella Collegij, & præmissa Spiritus sancti Missa, eligentium quilibet iuret tactis sacrosanctis Euangelijs, quod, semotis amore, odio, prece, vel prelio eum eliget ex oppositoribus, quem intellexerit moribus, & vita, & litteratura, ac paupertate cæteris paribus magis idoneum.

**b** Quæ quidem suffragia per cedulas secretas fiant, & mittantur in pileum, siue bursam, & vñus de capellanis veniens extrahat cedulas in præsentia omnium, & ponat super altare. Et is sit collega, in quem plurimum voces cōcurrerint. Quod si suffragantiū vota fuerint paria, ea pars præualeat, in qua Rector, fuerit. Quam electionem facere teneantur intra triginta dies à die vacationis.

Examinentur autem recipiendi ad Collegium de yita, & moribus, ac litteratura, & Rector iniungat sub poena præstiti iuramenti collegis, vt si ipsi, vel eorum aliquis aliquod impedimentū scierit, quominus admitti ad Collegium non debeant, teneatur sub poena periurij denuntiare. Teneatur autem, qui præbendam petat in sua facultate coram Rectori, & scholasticis vñum textū

per

per Rectorem per vnum diem ante sibi assignandum interpre-tari: post lectionem verò immediate tres collegarum, quibus Rector iniunxerit, opponant contra dicta in lectione.

*Cap. VII. De iuramento electi in Collegam.*

**I**TEM volumus, & statuimus, quod electus in Collegam ante omnia in manibus Rectoris, præsentibus collegis, tac-tis sacrosanctis Euangelijs, iuret f quod omnia statuta col-legij edita, & edenda in uiolabiliter obseruabit, & quod edita sub poena periurij infra mensem à die suæ receptionis in collegio per-legere curabit. Quorum revocationem, seu mutationem nun-quam per se, vel per alium aliquo modo procurabit, neque requi-situs consentiet: iura, & libertates collegij defendet, & quandiu in ipso collegio manserit, si quid contra hoc fieri perpenderit, reuelabit, vt melius, & citius poterit bona fide collegio, remotis omnibus amicitia, consanguinitate, affinitate, gratia, odio, vel fauore cuiuslibet. Et quod secreta a ipsius collegij alicui non reuelabit. Et ipsi Rectori obedientiam, & reuerentiam debitam exhibebit in omnibus licitis, & honestis: & prout ista statuta dis-ponunt. Et postquam de ipso collegio exierit, nūquā eidem aduersabitur. Et quotiescumque sciuerit contra ipsum collegium aliquid tractari, aut fieri, Rectori reuelabit: & eos, qui sunt, aut erunt de sanguine fundatoris, pro posse honorabit, b & nullo vñ-quā tempore contra eos erit, nisi sua, vel suorum iura prosequa-tur. Quod iuramentum in libro ad hoc deputato scribetur, & in Archinio collegij sub bona custodia seruabitur, vbi etiam scriba-tur dies electionis, & nomen electi.

f iuramentum  
quale electi.

a Secreta non reu-  
lenda, & qua po-  
na, inf. cap. 12. p.  
fin. tom. 5.

b Huius honorari  
debeant.

**TOMVS TERTIVS.**

Disponit cubiculorum assignationem ad-missis in Collegio faciendam. De spectan-tibus ad victum, & vestitum: & de prouisio-ne, & gratia, seu subsidio graduandi facien-da: necnon de ipsorum exercitio litterario,

H

ac

ac duratione temporis in Collegio, & circa illorum absentiam, & alijs.

*Cap. I. De consignatione cubicolorum, & visitatione eorum bis in anno per Rectorem facienda.*

**S**TATVIMVS, & ordinamus, quod vacantem cameram antiquior collega eligat, & optet: quod si ille nolit, propinquior illi in antiquitate illam possit optare, & sic successiuē. Novus autem collega vacantem cameram consequatur. Volumus etiam, quod Rectorbis saltē in anno videlicet mense Maij, & mense Nouembris visitare teneatur omnes cameras dicti collegij, adiūctis sibi consiliarijs omnibus, vel eorum aliquibus, quod etiam faciet in cameris capellanorum, & familiarium.

*Cap. II. De cubiculis Cathedras regentium non mutandis.*

**S**ÆPE considerauimus causas, propter quas Salmanticae docti viri lecturas non edunt, & inter alia credimus in causa esse, quod cum litteris creuerint, rerum penuria compelluntur victui necessaria querere: propter quod non possunt litteras prosequi. Idcirco volumus, & statuimus, quod <sup>a</sup> si aliquis collegarum in scholis, quas vocant maiores, lecturam in Theologia, aut in iure, aut in Medicina, aut Artibus perpetuam fuerit assecutus: & tempus, quo in collegio manere constitutum est, fuerit clapsum, ita quod secundum statuta collegij recedere teneatur: si decreuerit in collegio manere, ut ea quiete functus scribere vellet, & valeat in sua facultate, in qua cathedram regit, permanere valeat, & exire non compellatur cum sequenti moderamine. Primum, quod talis à collegio nihil aliud percipere valeat, quam cubiculum, in quo moratur, & victum quotidianum in refectorio collegij: pro cuius expensis omni anno soluere teneatur quadraginta auri ducatos. Ita quod in cubiculo, seu camera maneat, in qua habitabat eo tempore, quo recedere debuerat, si non esset cathedralicus. Hic item vestibus vti valeat gradui suo conuenientibus, modo sint similes, vel dissimiles. vestibus Collegarum, dum tamen decentes sint, & honori collegij, & personæ conueniant. Item quod eiusdem cathedralici loco eligatur alter collegialis in ea facultate, in qua ipse legit, & in qua se exercet. Qui in locum

<sup>a</sup> Collega cathedralis  
Proprietatis affectus  
quis?

Percipere etiam,  
quod incedat cum  
socio extra domum  
ut ceteri collegi  
visitetur eis.

Nunquam dissimiles,  
semper similes  
vsi sunt, quod ma-  
gis conuenire visu  
est, & honori col-  
legij, & gratuitati  
personæ.

locum ipsius ita succedat, quod omnia, quæ ipse gerebat, & exercebat in collegio manens, gerere, & exercere valeat in eius locū surrogatus. Ita quod cathedralicus vocem non habeat, neq; actiuam, neque passiuam in electione Rectoris, & consiliariorum, collegarum, & capellanorum: sed quod pace, & quiete fruatur litteris tantum intentus. Teneatur autem per omnia statuta collegij seruare, castè, & honestè viuere, & nullus eiusdem familiaris, nec diu, nec noctu in collegio vescatur, ac dormiat.

*Cap. III. De portione cuiilibet Collegarum danda, & symposio faciendo.*

**I**TEM statuimus, quod cuiilibet college tam Rectori, quam scholasticis, & capellanis in collegio præsentibus dentur singularis diebus bonarum carnium arietinarum, vel vitulinarū die quolibet, quo carnes eduntur, viginti quatuor vniæ cum ferculo competenti, sicut Rectori, & consiliarijs visum fuerit. Quas carnes diuidant inter prandium, & cœnam, sicut Rectori videbitur. De pane <sup>a</sup> habeant in prandio, & in cœna quantum necessitatī naturæ sufficerit: de vino <sup>b</sup> verò, quantum modestiæ, & honestati. Familiaribus verò dentur duæ partes carnium, quæ collegialibus exhibentur. Diebus verò quibus carnium esus interdictus est, in ouis, vel piscibus, pro cuiuslibet portione tātū expendatur, quantum in carnibus fuerat expendendum. Nulli autē detur portio in pecunia: sed contentus sit cibo communi. Permittimus tamen, quod in festo Natalis Christi, & in Epiphania, & die Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, & Corporis Christi, & in die S. Iacobi Zebedæi, Assumptionis B. Mariæ, ac Omnium Sanctorum portio <sup>c</sup> duplicitur. Diebus verò iejuniorum, hora competenti, facto signo campanæ ad symposium omnes concurrant, & facta colatione cum modico pane, & vini moderata bibitione, omnes discedant. Qui verò ad præfixum tempus non venerit: nihil omnino habeat.

*Cap. IV. De hora prandij, & cœna, & campanellæ pulsatione, & mensa benedictione, & post cibum gratiarum actione, & quod omnes ad primam benedictionem venire teneantur.*

**S**TATVIMVS præterea, & ordinamus, quod omnes scholastici, & capellani per sonum campanellæ vocentur ad prādiū,

<sup>a</sup> De pane ad sati-  
ritatem.

<sup>b</sup> De vino ad so-  
brietatem ex Pau-  
lo 1. Tim. cap. 5-  
modico vino utere

<sup>c</sup> Diebus iejunij  
tantum expendi-  
tur, quantum in  
diebus alijs fuerat  
expendendum.

<sup>d</sup> Extraordinaria  
quando, & quot  
personæ inuitari  
possunt, vide tomo  
3. cap. 20.

dium, & ad cœnam hora competenti : de qua infra dicetur. Qua  
e Pulsata campa-  
na ad prandium si-  
ne mora debent ve-  
nire : nunc verò se-  
cunda campanella  
plures enim ad ser-  
uitum obtinere  
possunt absque com-  
muni pena, argu-  
mento extrauagā-  
ti 2. de offic. Cuf.  
inter com.  
 pulsata omnes reficiendi sine mora & venire debent. Ita quod in principio benedictionis dicendæ conueniant in refectorio, & tūc terculo allato, vnuſ capellanorum seruato hebdomadarum ordine benedictionem incipiat: cui cæteri respondeant. Finito autē prandio, aut cœna, gratias f agant creatori omnium, qui dat escā in tempore opportuno, & replet omne animal benedictione. In fine autem gratiarum actionis tam in prandio, quam in cœna cōmemorationem & pro defunctis nostris, & pro anima nostra faciant, dicentes: Requiem aeternam, &c. cum Psalmo, Laudate Dñm. omnes gentes. In diebus verò ieuiorū cum Psalmo, Miserere mei Deus : & orationibus, Deus , qui inter Apostolicos Sacerdotes, cum cæteris orationibus pro defunctis : & in fine, Fi-  
f Ex Paulo 1. Cor.  
10. siue ( inquit )  
manducatis, siue  
bibitis, omnia in  
nominē Christi fa-  
cite.  
g Benedictio qualis  
dicendæ.  
a Pe na non benedi-  
centis mensan vel  
non interessentis,  
et regendentis.  
b Hora prædi, que  
st.

delium omnium conditor, & redemptor. Si quis verò collegarum ante finitam benedictionem refectoriū non intrauerit, vel capellanus benedictionem non dixerit: illa vice uterque vino priuetur. Si autem dicta benedictione alijs iam discubentibus venerit, priuetur carnibus, & ultimo sedeat, vel ouis, & piscibus. Si verò antequam gratiae Deo agantur aliquis de mensa recesserit sine Rectoris licentia, die sequenti portione priuetur. Si autem tempore prandij, vel cœnae aliquis fuerit occupatus in lectione, & doctrina alicuius libri, vel negotijs collegij de mandato Rectoris, vel in aliquo arduo negotio suo, de quo, iuramento fidē Rectorifacere teneatur, in secunda mensa sedeat. Hora autem b prandij à festo S. Lucæ usque ad Dominicam de Resurrectione sit hora undecima ante meridiem. A die verò Resurrectionis usque ad Pentecosten, & à festo Nativitatis Virginis Mariæ usque ad diem S. Lucæ sit hora decima. A die verò Pentecostes usque ad Virginis Nativitatem sit prandium inter nonam, & decimam ante meridiem. Sed in diebus ieuiorū, & in quadragesima prandium sit post vndecimam horam ante meridiem. Hora verò cœnæ à die S. Lucæ usque ad festum Resurrectionis sit nona post meridiem. A festo Resurrectionis, usque ad festum Nativitatis Virginis sit sexta. Et à die Nativitatis Virginis usque ad sanctum Lucam sit octaua.

*Cap. V. Quo tempore portæ Collegij, & per quem aperiri, & claudi debeant.*

**I** TEM statuimus, quod occidente sole campana collegij pulsetur: ut qui extra sunt, venire valeant opportuno tem-

pore:

pore: quo tempore etiam interior collegij portæ claudatur a pos-  
d Portæ quā hora  
claudi debeant.  
 tico aperto manente. Postea verò in vespertino crepusculo clau-  
 datur porta primæ, postulo portæ primum pulsato: posteā verò  
 claudatur secunda portæ, præcedente etiam repaguli pulsatione.  
 Et idem fiat in porta, quæ ad ortum vergit. Aperiuntur autem  
 portæ e quib[us] dies est, neque ex aliqua causa etiam virgente, post-  
 quam clausæ sunt portæ, aperiuntur. Janitor vero fidelissimus de  
 toto collegio esse debet: qui claves Rectori tradat, & de nocte a-  
 pud se seruet. Qui post clausionem portas visitet, an clausæ sint.  
 Volumus etiam, quod & tempore prandij, & cœnae portæ inte-  
a Tempore prandij,  
cœnae nulli, li-  
ceat nec exire, nec  
intrare.

*Cap. VI. De ordine sessionis in capella, & in mensa,  
ac alibi seruando.*

**I** TEM statuimus, quod in sessionibus hic ordinis seruetur. Pri-  
b Vide declaratio-  
nem 6. 7. & 8. An-  
tonij Ram. Episc.  
Segob. & ibi a glo-  
sa notatis.  
 mum locum teneat Rector; post quem sedeant capellani,  
 deinde graduati, videlicet Doctores in Theologia, aut iure,  
 & Magistri in Medicina, & artibus. Imparitate autem graduum  
 Theologi præcedant Canonistas, Canonistaræ Legistas, Legistaræ  
 Medicos, Medicæ artistas. Si verò sedentibus in mensa quispiam  
 superueniat, sedeat ultimo, quantuncumque fuerit graduatus.  
 Si verò inter Theologos, b vel alios paritas graduum fuerit, præce-  
 dat, qui prius in collegio receptus est: si autem & gradu, & recep-  
 tione pares sunt, is eorum præcedere debeat, qui primus promoto  
 tus est.

*Cap. VII. De lectione in prandio, vel cœna, de silentio tenen-  
do, & de privato cibo non adducendo; & quid fieri  
debeat de fragmentis panis, quæ supersunt.*

**S**TATVIMVS prætereà, quod per totum aitum Biblia le-  
c Psalm. 118. quā  
dulcia faciebus  
meis eloquia tua  
Dñe suber mel dñe  
meo.  
 gatur, in prandio a principio mensæ usque ad finem. In cœ-  
 na verò legantur libri utiles, videlicet Moralia Gregorij,  
 vel eius dialogi, & pastorale, vel libri historiales, vel doctrinales.  
 Lectio autem prandij hebdomadatum fiat per omnes collegiales  
 secundum ordinem ingressus collegij, excepto Rectori, & capel-  
 lanis. In cœna autem consueuerunt aliqui lectionem continuare  
 sponte sua, quod laudamus, & nos aliquando fecimus. Si verò le-  
 ctor desit, qui velit continuare, qui legit in prandio, legat in cœna.

1

Vt

e Tempore lectio-  
nis in refectorio fi-  
lentium habendū,  
arg. c.6. §.in ora-  
torio de statu mon.

f In camera nullus  
prandeat, & que-  
st pena, nec extra  
collegium, statu. 4  
anno 1543.

g Hoc fuit inno-  
ciatum ex manda-  
to 6 Illust.

a Carnes quando-  
non comedipossunt  
in refectorio.

Vt autem in lectionis auditōne sit attentio: silentium, omnino seruetur. Nullus autem priuatum sculentum ad refectorium du-  
cat, quod si alicui mittatur xenium: Rector illud cunctis discum-  
bentibus distribuat. Statim præterea, quod intra cameras nul-  
lus prandeat, aut coēnet, neque solus, neque cum socijs, nisi in-  
firmitate grauatus hoc fecerit de consilio medici, & de consensu  
Rectoris. Transgressor per decem dies portione priuatus sit. Vo-  
lumus etiam, quod fragmenta, & quæ in prandio supereruunt mun-  
de collecta, ad ostium collegij in elemosynam pauperibus ero-  
gentur. Prohibemus præterea, ne in refectorio diebus ieiuniorū  
carnes comedantur.

### Cap. VIII. De obseruatione ieiuniorum.

**M**AGNA est utilitas ieiuniorum. Nam vt Ecclesia canit, Corporale ieiunium vitia comprimit, mentem elevat, virtutem largitur, & præmia. Id circa statuimus, quod omnes Collegæ, & capellani ieiunent his diebus: quibus ab Eccle-  
sia ieiunium indictum est. Ieiunent etiam sexta feria ob reueren-  
tiā passionis Dominicæ. Et prohibemus, b quod diebus talibus  
in refectorio carnes non comedantur. Sero verò ad colationem  
sono cāpanellæ conueniant, vbi bibere moderate valeant. Quod  
si alicui potus solus nocere creditur, permitti valeat modicus pa-  
nis, licet secundum aliquos Theologos tractatores eis cibi, quo  
communiter ad nutrimentum utimur, ieiunium soluere dicatur.  
Hora autem colationis, c sit hora cenæ, vel alia, si Rectori, & col-  
legis mutanda videbitur.

### Cap. IX. De infirmis curandis, mortuis sepeliendis.

b Carnes in refe-  
ctorio comedī quan-  
do non possunt.

c In diebus ieiuniū  
qua hora fit col-  
atio.

d Sed videtur co-  
rrigipercap.7.10.

¶ tanquam posse-  
rior sit, sed crede-  
rem, quod illa in-  
telligatur per istā,

quiā rubrica, sub  
qua illa est posita,

tendit ad aliud,

maxime ex verbu-  
m, et si pauper sit,

geminatē positum

et ibidem si pauper

fit, omne nec esse-  
rium ministretur.

Et vers. vita fun-  
gi geminatio enim  
in iure multum o-  
peratur, arg. l. 32.  
ff. ad Trebel.

e Nam ubi non est  
mulier, ingemiscit  
ager, Eccles. c. 36

S TATVIMVS etiam, & ordinamus, quod si contingat ali-  
cui in infirmitatem incidere tam Collegialium, quam ca-  
pellorum, & familiarium: si infirmitas grauus sit, intra  
triduum confiteri tencatur, & sacramentum Eucharistiae susci-  
pere. Si verò grauetur infirmitas, unus familiaris assignetur sibi:  
qui commodè sibi valeat ministrare: & si pauper sit, d portionis du-  
plum pro victu necessario tribuatur ei. Quod si adhuc adeò mor-  
bus increscat, vt de eius salute dubitetur, extra collegium pona-  
tur in domo honesta, & eius curationi conuenienti adhibita sibi  
aliqua fæmina & honesta, quæ infirmitati assistat. Quod si morb⁹  
fuerit

fuerit contagiosus, vt puta, pestilentie, vel alijs similis: quām ci-  
tius fieri potest, extra collegium ponatur, & ibidem, si pauper sit,  
omne necessarium ministretur. Si autem per tres menses conti-  
nuos, & ultra aliquem infirmari contigerit, detur infirmitati lo-  
cus excundi collegij, & patriam visitandi. Si vero quenquam Col-  
legatum vita fungi contingat ( si pauper fuerit) expensis colle-  
gij sepeliatur in loco, in quo ipse sepulturam elegerit. Quod si se-  
pultura non electa mori contingat, sepeliatur in monasterio Diui  
Augustini, vel in parochia Bartholomæi Apostoli.

**Cap. X. Quod nullus extraneum ad Collegium inuitare,**  
vel ad dormiendum admittere possit: exceptis  
in statuto contentis,

**S**TATVIMVS præterea, & ordinamus, quod nullus extra-  
neus, qui non sit Collegialis, aut familiaris intra collegium  
per noctem etiam, si pater sit alicuius collegæ, vel capellani.

Admittens a aliquem ad dormiendum in collegio, ipso collegio  
priuatus sit. Nullus etiam extrancum aliquem ad prandium, vel  
ad coenam valeat inuitare, nisi pater sit alicuius collegæ, vel capel-  
lani, aut frater: tunc autem per unum tantum diem inuitare va-  
leat, & pro tali coniuvio panis tantum à collegio ei præstetur.

Rector autem per annum honestas personas ( quibus collegium  
debeat ) ter, aut quater ad prandium vocare valeat. Sic tamen, vt  
coniivarum numerus quaternarium numerum non excedat. b  
Huius statuti transgressores in coniuvio tam Rector, quam cæteri  
per mensem sint portione mensæ priuati. Qui autem ex aliqua  
causa portione priuati sunt, nihil a collegio habere debent, nisi  
panem, cætera suis pecunijs comparent.

**Cap. XI. De vestibus Collegialium, Capellanorum,  
& familiarium.**

**S**TATVIMVS præterea, quod Collegat, & capellani ves-  
tiantur panno coloris punicei, quem vocant morado: cui⁹  
vlna, aut vara sit pretij viginti denariorum, vel regalium  
argenteorum. Familiares vero eiusdem coloris panno vestiantur  
pretij decem regalium argenteorum. Vestis vero Collegialium,  
& capellanorum esse debet clamys rotunda longa usque talos d ex  
parte autem superiori vncinis adeò pliçata, vt lateat linea vestis, &  
omnia

f Infirms per  
tremestre quid fa-  
cendum.

a Admittens de no-  
tre extraneum pri-  
uatur Collegio

b Quot personæ in  
utri possunt, &  
per quem.

c Priuati preter  
panem nihil habeb-

d Arg. cap. non li-  
ceat, ad fin. 23. diff.

e Id est, Vesta, grecè astern epomis appellatur, deriuatur à verbo Hebreo vobat, id est fragmentum panni erat enim antiquitus tegumentum capitum super humerale, quo uteretur iurius periti, & Doctores legum, ut patet ex antiquis finis sepulchris. omnia intefiora. Habeant præter hoc College, & capellani caputum & simile illi, quo utuntur S. Bartholomæi collegæ ex eodem panno, & colore. Vestis autem quoniā pretiosa est: dabitur eisdem de biennio in biennium. Si vero vestuario dato, aliquis collegium ingrediatur College, aut familiaris, & usque ad tempus vestuarij duos menses dumtaxat restent, collega novus in vestitur propria incedat usque ad vestium dationem. Si vero ultra duos menses vestuarij tempus differatur; expensis proprijs vestē emat alijs similem. Idem fiat de familiaribus. Doctores autem in Theologia, & in iure diebus solemnibus poterunt (si velint) alio panno vel colore indui, & maximē quum concutterint cum alijs Doctribus ad gradum Doctoratus publicè conferendum. Prohibemus præterea, quod cum vestis nova datur, nullus b pannum sibi pro veste datum vendere audeat. Quod si fecerit, ea vice veste priuatus sit. Teneantur itaque omnes veste nova indui; veterem autē caputum seruare poterunt, vel in aliam formam mutare.

f Quibus diebus debeat adesse, ut vestes acquirantur, vide mandatum Dñi mei Episcopi. 1.

a Quid de ingrediente de nouo vestuario iam dato collegialibus, vel familiaribus.

b Vestis nova debet indui, vetus non potest vendi.

Alias vetus.

c Rebus Collegi bonâ fide utendum.

d Cap. An sit de appellationibus.

**Cap. XII. De candelis Collegiis præstandis.**

S TATVIMVS præterea, quod omnibus Collegiis, capellnis, & familiaribus candelæ præstentur ad sufficientiam, quibus noctu legere valeant, quibus bona fide & uti debent, ut moderatè expendant, neque alicui donent, aut vendant. Si quis autem candelas sibi traditas donare alicui extraneo, aut vendere inuentus fuerit, ut in eo puniatur, in quo deliquit d candelis sit priuatus, quandiu in collegio manserit.

**Cap. XIII. De subsidio Collegiis præstanto cum licentiam Doctoratus sunt publicè suscepturni.**

e Graduati quibus priuilegijs gaudent.

I TEM volumus, & statuimus, quod Collegiis, vel capellanis licentiam, vel doctoratum suscepturis, seruetur priuilegium in collegij fundatione concessum, videlicet quod priuilegijs omnibus fruantur: quæ Collegiis S. Bartholomæi & Salmanticæ, & S. Crucis, & S. Gregorij Vallis-Oleti concessa sunt. Est autem inter eorum priuilegia unum videlicet, quod Doctores, aut Magistri interessentes examini licentiandi, vel Doctoratus collationi media parte contenti sint in propina eius, quam extra collegium commorantes soluere consueuerunt. Id circa statuimus, & volumus, quod omni modo procurent Collegiales priuilegium sibi seruari,

seruari, neque aliquo pacto violari patientur. Quod regia manus, & Pontificis auctoritate poterunt obtinere. Si vero Doctores, & Magistri examinatores, & graduum collatores contumaciter nolunt priuilegium a seruare, mandamus Collegiis, quod ipsi intra collegium gradum accipiant per Rectorem, tunc in collegio præsidentem exhibitis secum tribus examinatoribus de collegio per Rectorem assignatis, facto primum rigoroso examine. Si autem Doctores universitatis collegij priuilegium hoc seruari voluerint: gradū accipiant collegæ in Universitate. Et in licentiatura iuvetur quilibet a collegio viginti aureis ducatis pro expensis gradus. In doctoratu autem, vel in magisterio habeant ducatos quadraginta.

**Cap. XIV. Quanto tempore Collegi in collegio manere debeant.**

V OLVMVS etiam, & statuimus, quod Collegiales, qui legitimè recepti sunt in collegio, manere debeant per octo annos integros. Quibus lapsis recedant in nomine Dñi, hoc moderamine seruato. Quod si durante octo annorum tempore, de mandato Rectoris, & Collegarum absens fuerit a collegio pro negotijs collegij in curia Regia, aut Romana, aut in cancellaria, aut alibi: tempus quo sic absens fuerit, in octo annorum tempore connumerari non debet, sed de octo annorum circulo detrahi. Item quod si ultimo anno sui exitus in Rectorem, vel consiliarium fuerit electus, maneat toto anno usque, & donec rationem reddat sui officij. Et quoniam visitator eligi consuevit in festo S. Martini, perseveret usque ad festum Natalis Christi, quod die finitur visitatio, tunc vero exire teneatur. Quod si recusauerit & in exeundo contumax fuerit, Rector cum Collegiis sub pena praestiti iuramenti ipsum expellere teneantur. Volumus etiam, quod semel Collegialis d nunquam iteram in Collegiam eligi valeat: salvo etiam eo, quod de cathedralicis perpetuis in collegio mansuris, ut statuendum duximus.

**Cap. XV. De licentia danda Collegialibus se absen- tare voluntibus.**

Q VONIAM morantibus in collegio negotia evenire so- lent sua, vel suorum, & adea expedienda se volunt ab sentare: statuimus, ut nullus Collega, vel capellanus se

K absen-

a Ut supra in Bullâ vñr. & ad quocu- que gradus, & ver- sic. & insuper.

b Non nisi hinc oportet quod inveniatur in hanc scilicet in hanc.

b Secus in capella- nis, quia perpetuus sunt, cap. 9. tom. I

Estaras ausencias no puedes aguardar de un año para efecto de tener por ellas mas tiempo de Co- legio, que el dicho año, porque en la visita echo por D. Luis Fernandez de Cordoua, en el 2. quâderno n. 2. mäda el Consejo, que por las ausencias q cada Colegial bi- xiere en negocios del Colegio, en to- do el tiempo que en el estuviere, no se le pueda descontar, ni desquente, mas de un año, aunque las dichas ausencias, sean de mas tiempo y por el q tienen todos nueve años de Colegio, aunq no hayan estado ausen- tes en negocio de el Colegio.

c Tempus absentie pro collegio non co- putatur in octo an- nis.

d Semel Collegialis iterum non potest eligi.

absentare valeat, nisi petita, & obtenta licencia Rectoris, & consiliariorum, vel maioris partis ipsorum: quod si fecerit, collegio priuatus sit. <sup>a</sup> Tempus autem absentiae deture ei secundum negotiorum exigentiam. Sed absentiae tempus uno anno excedere non valet quadrimestre. Annum autem incipere declaramus, <sup>b</sup> a festo S. Lucae usque ad alium eiusdem festi diem. Qui clapsi tempore, <sup>c</sup> quatuor mensium non venerit, sit ipso facto collegio priuatus: nisi apertissimis documentis probet se sine culpa ita fuisse infirmitate grauatum, quod ei impossibile fuit iter ingredi, quod probare debet antequam quadrimestre fuerit completum. Si vero absentia fuerit propter collegij negotia, tanto tempore duret, quanto eiusdem collegij negotia exegerint. Sit autem liber in archiuo collegij, in quo dies recessus se absentantis scribatur, & dies aduentus: quem diem Rector propria manu scriberi eadem die, qua recesserit.

<sup>e</sup> Hodie autem legere tenentur, ut per declarationem infra 15. Antonij Ramirexi Episcopi Seg.

**Cap. XVI. Quod scholares teneantur lectiones audire, & compellantur, vel domi litteris incumbere.**

**Q**VONIAM evenire posset, quod collega admissus, vel ex segnicie, vel superbia lectiones in scholis audire recusauerit, & in camera non studere: id circa statuimus, quod talem pigrum litteras non prosequentem Rector, & consiliarij moneant, vt lectiones audiat, si opus est, vel in camera studeat, si iam adeo eruditus est, vt lectiones ei audire non sit necessaria. Quod si non fecerit post trinam monitionem: visitatori denuntietur. Qui habita diligentii informatione ipsum de collegio exire compellat.

**Cap. XVI I. De sermone latino, & lectione humanitatis.**

**C**ONSVERVNT scholarium plerique, & praesertim Iuristae, sermone Hispano seper vti, & latinum aut contemnere, aut abhorre. Ex quo id evenit: vt cum contingat illos disputationi interesse edere barbarismos, aut solecismos. Et sic ( qui honorari maximè cupiunt ) in risum audientes prouocant. Si quandoque etiam ab Hispania discedendum illis cum nativus sermo sibi non suffragetur, & latinum non novent, clingues omnino redduntur. Itaque fit, vt cum apud homines

nes honorari carent, in honorati quasi bestiae reputentur. Quare statuimus, quod intra collegium latino <sup>a</sup> sermone omnes vntantur, sed præcipue in mensa, & in cappella: quum de negotijs collegij deliberandum sit, & in disputationibus. Non seruantes per aliquem ad hoc à Rectori, & consiliarijs deputatum duobus dipondijs, aut moropetinis multentur pro qualibet vice, qua fuerint transgressores. Quas poenas in fine mensis incusator ille Rectori pandat. Qui transgressores certificati de poena intra duos dies accusatori tradant. Quas pecunias Rector in aliquod opus pium, aut collegij utilitatem conuertat. Et vthoc commodius fiat, hor tamur omnes, & praesertim Iuristas, vt vel intra collegium, vel in publicis scholis audiant alias lectiones humanitatis turbat, inquit, Hieronymus, <sup>b</sup> acumen ingenij, qui seculares libros legendos prohibet. <sup>c</sup> Cautibus 37 dif.

**Cap. XVIII. De verbo Dei per Theologos proponendo.**

**I**NTER alia, quæ ad salutem spectant populi Christiani, parulum verbi Dei per maximè sibi noscitur esse necessarium! Quia sicut corp' materiali, sic anima spirituali cibo nutritur, & quod non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo, quod procedit ex ore Dei. Idcirco statuimus, quod Collegiæ Theologi exacto quadriennio suæ in collegio residentiae nitantur ( quantu in eis sit ) verbum Dñi fidelibus proponere, maximè hi quibus est litterarum sufficientia, & ad docendum conueniens pronuntiatione. Ideoq; per Rectorem moneantur, vt saltem ter in anno verbum Dei proponant, vel intra Ciuitatem, vel si fieri non potest, in vicis, & pagis eiusdem. Quod si moniti, & legitimè non impediti hoc facere distulerint, qua vice fuerint contumaces, per hebdomadam portione priuentur. Ante vero quam in publicum prodeant, coram collegis in refectorio, vel in capella periculum sui faciant. Quibus auditis per Collegiales facultas prædicandi præbeatur, si idonei sint, vel denegetur, si videbitur, quod legitimè sint impediti.

**Cap. XIX. De exercitio inter scholasticos faciendo.**

**Q**VONIAM, vt inquit Salomon, scientia abscondita, & thesaurus inuisus, quæ vtilitas <sup>a</sup> in vtrisque? Et non durium est, quod sicut ferrum ferro <sup>b</sup> acuitur, sic litteraria exer-

<sup>a</sup> Infra Collegium sermone latino vnde dum.

<sup>b</sup> Cautibus 37 dif.

<sup>c</sup> C. interdictio ordin.

<sup>d</sup> Theologi ter in anno predicent.

<sup>e</sup> Predicatores College prius à collegio approbentur, sicuti & ad oppositionem cathedra, stat. 6. anno 1543

<sup>f</sup> Nota.

<sup>a</sup> Eccles. cap. 5.

<sup>b</sup> Salomon: Proph. cap. 17.

40

## Constit. Collegij Conch.

exercitatio, & ingenia acuit, & memoriam iuvat, & doctrinam nutrit. Idcirco statumus, & ordinamus, quod omni hebdomada bis fiant disputationes semel in Dominica, & semel ea die, quae cessant lectiones ordinariæ, vel propter festum Ecclesiæ, vel quod quinta feria vacatura lectione. Hic autem modus seruabitur. Precedente die, finita cena, conclusio proponatur verbo, vel scripto in crastinum discutienda. Die vero sequenti per horam ante cenam collegæ omnes conueniant in refectorio: & qui proposuit conclusionem, sedeat in loco consueto, & proposita conclusione, velfacta breui oratione illius facultatis Scholastici arguat à iuniori incipiendo: & postquam is finierit, incipiat alter, qui post illum est antiquior. Et sic usque ad tertium, vel quartum, donec mora unius horæ consumetur. Nusquam autem desit Rector disputationibz, ut eius præsentia arguenteshonestè, & urbanè se habeant. Etsi quis contenderit verbis, per Rectorem coerceatur, et si adhuc inobedient fuerit, & rebellis, pena priuationis mensæ, vel alia, quæ videbitur competens, per Rectorem imponatur. Absente vero, vel infirmo Rectori, antiquior de consiliariis eius vices teneat. Infestis vero natalis Christi, & Resurrectionis, & Pentecostes tribus diebus primis, non sit disputatione. Sed infra octauas suppleatur, ita ut ea hebdomada hora predicta bis ad disputationem conueniant.

## TOMVS QVARTVS.

## Tractat de iurisdictione Rectoris, &amp; de electione œconomii, ac de visitatore, &amp; alijs prædictorum material tangentibz

## Cap. I. De Rectoris iurisdictione.

TATVIMVS, & ordinamus, quod si contingat inter Collegas, capellanos, & familiares contentiōnem esse: non alibi, quam coram Rectori causa tractetur, siue ciuilis sit, siue criminalis, aut mixta. Qui vero coram alio iudice collegam, capellanum, aut familiarem conuenerit, ipso facto collegio sit priuatus. Si vero extraneus, à collegio contra aliquem collegam, capellanum, vel

<sup>a</sup> Non servare.

seruitorem collegij causam mouerit: coram dicti collegij Rectore causa tractetur simpliciter, & de plano sine strepitu, & figura iudicij, & nullus alijs adiri possit, seu quomodolibet se intromittere: sed per Rectorem iustitia mediante terminetur, exceptis causa hæresis, crimine læse Maiest. & falsæ monetæ: quæ per iudices competentes à iure datos audiantur, & decidantur. Si autem litigantium aliquis se à Rectore grauari senserit, ad consiliarios appetet: qui etiam simpliciter, & de planò causam audiant, & auditam diffiniant. A consiliariis vero ad nullum alium iudicem appellari valeat. Quicquid autem contra huius modi ordinem fieri contingat, irritum sit, innane, nulliusque roboris, vel momenti statuentes, quod nullus iudicium quacumque etiam Apostolica authoritate munitus (nisi in sua commissione de hoc statuto de verbo ad verbum mentionem fecerit) possit de prædictarum se causis, negotijs, vel rebus, vel de alijs quibuscumque præditos tangentibus quomodolibet impedire. Decernentes irritum ipso facto, & innane quicquid in contrarium à quoquam intentatum, vel factum fuerit. Quod authoritate Apostolica, qua fungimur in hac parte, statuimus.

## Cap. II. De electione œconomi.

**D**ECECT domibus esse œconomum, qui redditus, & prouentus domus recipiat, & cum oportuerit, dispenset. <sup>b</sup> Idcirco statuimus, quod facta Rectoris, & consiliariorū electione, ipse Rector, & consiliarij sic electi œconomum eligat: qui si in electione discordes fuerint, valeat electio maioris partis: si vero fuerint pares, ea pars præualeat, ubi fuerit Rector. <sup>c</sup> Ad œconomum vero pertinebit <sup>d</sup> pecunias undeque venientes de redditibus collegij suscipere, & dispensatoribus ordinario, & extraordino dare. Qui quidem dispensatores in fine cuiuslibet mensis rationem dabunt œcono de receptis, & distributis, Rectori præsente, & rationem expensarum reddituum proprijs non minibus signabunt, ita ut in fine anni facile discerni valeat, ad quam summam ordinarię, & extraordinarię expensas accedunt. In principio autem <sup>e</sup> iurabit œconomus, quod bona, & pecunias collegij fideliter administrabit, neque in suos usus conuerteret, sed in eos, quos collegio necessarios, aut viles esse intellexerit, neq; alii cui mutuabit: <sup>a</sup> poterit autem ex dispensatione decem ducatos aureos, si voluerit sibi mutuo accipere. Anno vero elapso, & ra-

<sup>b</sup> Moderate teste  
Cicer, in parado-  
xist, non intelligunt  
homines, quā mag-  
nū velle ligat sit par-  
simonia.

<sup>c</sup> Vox Rectoris pra-  
ualet.

<sup>d</sup> Oeconomus habe-  
bit pecunias.

<sup>e</sup> Iurare debet Oe-  
conomus.

<sup>a</sup> Oeconomus non  
potest mutuare pe-  
cunias.

L

tione

<sup>b</sup> Oeconomus nihil penes se remaneat sub pena.

<sup>c</sup> Vide tom. 5. cap. 15. & inf. cap. 4.

<sup>d</sup> Familiris per se ipsum emat, electa est enim industria persone, alias facit contra constitutionem, & iuramentum de quo 1. tom. cap. 3.

<sup>e</sup> Et taliter ordinare ne longi temporis viatum breuis hora consumat arg. cap. cum Apoftolus 6. de censibus ex inordinata enim administratio crescit carissima, leg. 1. C. de frumento, verb. const.

<sup>f</sup> Interpretatum est, in refectorio ibili bro allato, ut com modius constitutio impleri posse, ita decreto est a collegio anno 1633. Rector D. Gregorio de Chaves, & Mendoza, ut ex tit. determinacione collegij patet, pag. 415. bulta.

<sup>g</sup> Familiris toties iurabit, quoties of ficium dispensatoris minoris habebit, de fidelitate ob seruanda.

<sup>h</sup> Arg. cap. 6. o. tales ad agenda officia diputentur, qui fideles fuerint, & discreti defatim monebantur.

<sup>i</sup> Dispensator maior quid iurare debet.

<sup>a</sup> Iurare debet in officio de fidelitate habenda, & de pecunia non mutata.

**P**RÆTER expensas victus quotidiani consueuerunt esse in domibus expensæ extraordinariæ: ut putà vestium, litium & aliorum domui expedientium. Idecirco statuimus, quod in die S. Lucæ eligatur dispensator extraordinarius. Erit autem huius dispensatoris officium expendere in his, quæ sunt domui conuenientia præter victum. Expendet autem collegij pecunias in his, quæ Rector expendi mandauerit, & præstabit iuramentum a fidelitatis, sicut & dispensator ordinarius, & quod in propriis usus pecunias collegij non consumet, nisi forsitan cum indiguerit usque

ad

ad quinque ducatos aureos. Finito vero officio, & eius ratione redditæ, si quid apud eum pecuniarum manet, oeconomus nouo tradet infra octo dies. Quod si non fecerit, tandem à portione sit priuatus, & suspensus, donec realiter, & cum effectu, quod debet, soluerit. Iurabit etiam, quod pecunias collegij non mutuabit, non enim decet, ut collegij pecuniae per manus multorum vagentur.

<sup>b</sup> Idem supra c. 2.

<sup>c</sup> Nota.

<sup>d</sup> Et moderatæ, di uitiæ grandes sunt homini vivere, parte, inquit, Lucia nus lib. 1. & Chrysostom. de aduentu Domini, ait, quod parcitas salutis mater.

### Cap. III. De electione dispensatoris ordinarij.

**E**LIGATVR prætereà unus, cuius curæ incumbat frumenti, & hordei rationem habere: per cuius manum pristice frumentum distribuat in collegio consumendum, iubeat etiam hordeum dari pro mulæ sustentatione. Volumus quippe nullam in collegio semper existere, quæ in rebus opportunis, & collegio conuenientibus deseruire valeat: in qua mula Rector, & alij Collegæ de eius mandato valeant equitare, non tamen per urbem, sed quum negotiorum necessitas extra progredi cogat. Equitantes autem caputio non tantum, sed clamy de duntaxat. Is autem, sicut & cæteri rationem reddat frumenti, & hordei receptorum, finito officio. Et quod superest, successori in eodem ministerio tradat. Iurabit autem, sicuti & cæteri, fidelitatem. Et ut opportuno tempore prouideatur domui, volumus, quod mense Septembri frumentum, & hordeum ematur: qui per totum annum usque ad nouos fructus valeat sufficere, si collegium de proprijs possessionibus, vnde sibi prouidere valeat, non habeat. Quod si habuerit in toto, vel in parte de residuo, in præfato mense prouideatur. Erit autem conueniens, quod mense Octobri, aut Novembri mustum reponatur in penu, quod sufficere valeat usque ad mensem Maii: illo autem consumo, vinum ematur potius collegarum conueniens de vino Salmanticeñ. A vino autem peregrino, & pretioso se abstinebunt memores Salomonis dicentes: Vinum facit apostatare: quod in aromatico, & pretioso vino locum sibi vendicare compertum est.

<sup>e</sup> Iurare debent omnes habentes, quodcumque officium de bene, & fideliter gerendo, ut hic ibi, (sicut & ceteri) & supra, cap. 4. & infra c. 7. & quis omnes.

<sup>f</sup> al seño Rector que confinitere, q se comprehendido pa ra el collegio, pone el Consejo pena de diez mil maravedis en la visita que hizo D. Luis Fernández de Cordoua num. 5. v. in stat. 2. tom. 6. & ibi nota pag. 60.

<sup>g</sup> Frumentum debet emi, & quo report, alia pena de cem ducatorum, Rector non facient prouisiones ante finitum annum imponit per statutum 2. anno de 1543. die 25. Junij.

<sup>h</sup> A quo vino abstinentendum.

<sup>i</sup> Eccles. cap. 19. Vinum, & mulieres apostatare faciunt sapientes.

### Cap. VI. De potestate Rectoris, & consiliariorum.

**S**TATVIMVS prætereà, & concedimus Rectori, & consiliariorum, quod possint supplere defectum circa seruitia, & negotia collegij quomodolibet emergentia, & singula facere,

<sup>j</sup> Rector, y consiliarios juntamente han de dar las libranzas, para que pague el Economo cap. de visit. 2. quad. num. 12.

a Solus Rector non potest locare possessio-nes collegij.  
 & disponere, quæ necessitati, & utilitati collegij cognoverit ex-pedire. Prohibemus autem Rectori, & consiliariis, ne ipsi locare valeant collegij possessiones, aut redditus sine consensu collegarum, aut maioris partis ipsorum. Multo minus possint alienare, aut permutare collegij bona, nisi concurrente utilitate, seruato ordine iuris, ita ut præmisso tractatu alienationis trino contractu perficiatur. Si aliter factum fuerit, irritum sit, & inane, quicquid super hoc fuerit attentatum.

*Cap. VII. De Medico, Notario, & Procuratore.*

**I**TEM statuimus, & ordinamus, quod in collegio conduca-tur vñus Medicus doctus in arte sua, & expertus etiam: qui mederi valeat, & velit infirmis præter duos ilios Medicos, quos in collegio recipi supra statuimus. Poterunt tamen Medici Collegiales Medico ordinario iungi: cum quo de morbi qualitate, & curatione simul tractent, & se in uicem iuuent. Infirmantibus autem denture expensis collegij cibaria, & victus necessarius b*iuex-*  
b In contrarium videtur c. 9. tom. 3 sed ista per illam debet intelligi.  
*ta consilium Medici, vel Medicorum. Sit præterea in collegio Notarius designatus, coram quo contractus collegij conscriban-tur, & celebrentur. Sic etiam Procurator causarum collegij, qui, cum expedierit, coram iudicibus Ecclesiastico, vel seculari com-pareat, & collegij causas pro posse defendat. Qui omnes in suorū officiorum principio iurabunt, se bona fide infirmantium morbos, & instrumentorum editionem, ac causarum defensionem curaturos. Dabuntur autem eisdem salario competentia secun-dum merita, & conditiones personarum: quorum salariorum medietas in festo Ioannis Baptiste, alia verò in festo Natalis Xpti, persoluatur.*

*Cap. VIII. De tonsore, & lotrice.*

a Cap. 4. & 5. de vita, & benef. b Note;  
**E**T quoniam iure cautum est, a quod Clerici nec comam nutriant, nec barbam, idcirco statuimus, quod in collegio sit vñus tonsor, cui incumbat singulis quindecim diebus tondere Collegas, capellanos, & familiares: qui vt predictum est, barbam non nutriant, etiam si alicuius consanguinei, etiam fratriis mors interuenerit. Coma autem adeò breuis sit, vt ad minus auricula pars valeat apparere. b Sintque Collegiales in hoc, & alijs tantè honestatis obseruatores, vt nullo modo de inhonestate no-  
tari

rari valeant. Quod si quisquam non fecerit, & monitus à Recto-re non se emendauerit, mensa priuetur per tres dies: & si etiam sit contumax, & persecuet, crescente contumacia, crescat numerus dierum priuationis sue, statuentes, quod in Natali Xpti, & in diebus sanctæ Resurrectionis, Pentecostes, & Assumptionis Virginis Mariae omnes tondeantur. Habeat etiam collegium lotricem honestam fæminam, quæ vestes lineas collegarum, quæ iuxta corpus eorum sunt, singulis septimanis lavet. Detur autem tonsori, & lotrici conueniens salarium, sive in pecunia sive in frumento; in quo iusta retributio moderabitur.

*Cap. IX. De arca Collegij.*

**S**TATVIMVS præterea, & ordinamus, quod in sacristia collegij sit vna arca fortis, quæ quinque clauibus claudatur. Quarum uiam tenebit Rector, tres alias tres consiliarij: id est in fundationis collegij, & priuilegia tam reddituum collegij, quæ quæcunque alia Apostolica, & Regalia, & quæcunque alia instru-menta emptionis. In omnibus autem tam priuilegijs, quam alijs quibuscumque instrumentis a tergo ipsorum conuenientibus cha-racteribus scriptum sit, quid talis scriptura contineat. Erunt autem scripturæ similes sibi in uicem iunctæ, & in carta pergamina in-clusæ. Supra quam generaliter exprimatur, cuiusmodi sunt instrumenta, & scriptura introclusa. Sit præterea intra arcam gran-dem, & spatiösam, alia arca breuis, & modica, sed fortis, tribus clauibus munita: quarum uiam habeat Rector, secundam anti-quior capellanus, tertiam verò consiliarius antiquior. In qua arca reponentur pecuniae, si quæ sunt in collegio, vt tempore opportuno inde deducantur, vel pro collegij necessitatibus, vel pro alicuius possessionis emptione, vel pro censuum redemptione. Tenetes autem claves prefatas non reuelent alicui collegij pecunias, illius Gregoriani memores. Deprædaris, inquit, desiderat, qui publicè in via thesaurum portat.

*Cap. X. De custodia in conseruatione librorum, & bibliothecæ.*

**S**TATEVIMVS præterea, & ordinamus, quod omnes libri qui intra bibliothecam clauduntur tam à nobis dati, quam

alias quoniam locumque dominiis collegij accedentes sint in bibliotheca hoc modo. Ponantur in banquis, & ligati catenis, & animalis ferratis per annulos includantur intra virginem ferreath. In fine vero virgæ forte et per annulum illius includatur ferratus vestis, & clavis claudatur, ita quod nullo modo inde valeat extrahi, neque liberali quis à virginem ferre alii houerit. Claves autem predictas cum bancarum ponantur in area communis de qua supra dictum est. Nullus autem liber bibliothecæ assignatus inde extrahatur nisi ut apectum, & eligetur, ex hulla etiam causa aliqui commonetur, etiam quantumcumque virgerit. Quis furatus fuerit librum in bibliotheca constitutum: si fuerit extraneus: furti arguatur coram competenti iudice, & debita poena puniatur. Si autem fuerit collega, qui furatus est, pro prima vice portionem mense per annum amittat, pro secunda vero collegio sit puniatus. Ut autem in quærendis libris facilius, quod queritur, inueniatur: omnes libri sacrae Thæologie, Artium, & Medicinae erunt ad dexteram partem bibliothecæ, libri vero Iuris Canonici, & Civilis ad sinistram: ita ut respondeat destra pars bibliothecæ destra altaris, & sinistra similitræ. Et ut faolius, quod quartitur, inueniatur, a latere cuiusquam banquæ ad murum erit carta pergaminea tabule affixa, in qua scripti sint omnes libri in eadem banqua contenti. Et si intra aliquem codicem plura fuerint opuscula diversa, etiam in dicta tabella scribitur, & particulatum scribantur.

**Cap. XI.** Quid agendum sit crescentibus, vel decrescentibus collegiis redditibus, malorumque in iustis et iustis in iustis. Quia mecum est, nosca il modus quod in iustis et iustis.   
**I** TEM, quia ranta est rerum varietas, ut quae magna sunt, truant, & quae parua sunt, malo laudientur. Ideo statuimus, & ordinamus, quod si redditus collegij exercerunt, ita refectis expensis ordinarijs, atque extraordinarijs aliquid exceduerit, residuum ponatur intra arcam: quam diximus paruam in area majori inclusam, ut opportuno tempore, vel inde aliquid ematur collegio conueniens. Cuiusmodi sunt collegia, domus appropinquantes, vel alię possessiones possessionibus collegij contiguæ. Sed hic numerus pecuniarum non excedat summam trium millium ducatorum. Quod si excedet, & collegialibus visum fuerit non imminere aliquam tam grauem necessitatem, ad cuius supplementum pce illa summa sufficeret tunc semel in Natale stéup, ius ab eido est metu transubstanciali et oili did eximi in Christi ecclise. M

Christi, & iterum in fæto Resurrectionis distribuantur eleemosy-  
næ per patipes Scholares Silmaricæ & studentes per modum, &  
mensuram, quæ videbitur collegis iuxta quantum eleemosy-  
nae, & pauperum conditionem. Si vero, quod absit, redditus col-  
legij adeò decreuerint, quod sufficere non valeant ad suppleandas  
ordinarias, & extraordinarias expensas, tunc prudenter, & cautè  
expensæ minuantur, primo extraordinariæ, secundò ordinariae  
sine defectus reuelatione status collegij integer maneat. Quod si  
adhuc penuria semper excreuerit, vacantium præbendarium cle-  
atio ad tempus differetur, donec redditus iterum ad pristinum sta-  
tum reddeatur; taliter, quod collegij status integer perseueret.  
**Cap. XII. De visitatore.**

**N**ON dubium est, quin visitatio magna afferat utilita-  
tem, visitatis locis, propter quod iura frequenter tam  
Ecclæsij, quam alibi visitationes & fieri, & frequenta-  
ritur. Ideoq; statuimus, ut singulis annis visitatio collegij sia-  
& incipiat a festo S. Martini de mense Novembri, & finiat  
in vigilia Nativitatis. Licet autem apud nos de futuro visitato-  
rium tractauerimus: visum tamen nobis est, quod visitatio  
non personæ singulari, sed collegio committenda est, tuni que  
singulares personæ cedunt, atque decedunt: collegia vero per-  
petuant, tum quod singulares persona solent aliquando in agere  
passione a recto dimoueri: in collegia vero passio non cadit. C  
fidejantes autem, quod in Ecclæsia Cathedrali sunt viri, & esse  
socii, qui sicut etiam in litteris ertiditi, & ad rem, de qua querunt,  
non parum idonei, decreuimus rogare, & obsecrare teuicend  
& circumspectos Dominos Decanum, & Capitulum Ecclæsæ S  
mantiñ, vt velint, & dignum ducant de gremio suo in die S. M  
tini prefati visitatorem eligere dignitatem, auct. Canonicum il  
Ecclæsæ. Qui sic electus ad collegium vadat, & se visitator  
fuisse electum insinuet, breui cedula capituli hoc attestante. C  
ognito collegiales eundem frequentet exequiant, & se esse p  
ros, vt visitentur, profireantur. Visitator autem antequam re  
sitationem admittatur, publicè bjurabit, tacto signo crucis  
sanctis Euangelij, quod in visitatione utilitatem, & honorem  
collegij, quantum in eo fuerit, procurabit, & collegium, & Q  
gas proposse reformabit, & quod in visitatione, nec odio, ne  
in ore, nec prelio, nec prece a recto deviabit. Et quod secret

*legi* *legi* *legi* *legi* *legi* *legi*

*a Quod debentem  
domus appropin-  
quantes collegio.*

**b** Eleemosyna quæ  
do fieri possint. Id est  
videretur iam col-  
legi ex Luca c. 11.  
quod superest, date  
elemosynam, aliâs  
secus, quia de reb  
alienis non licet  
facit quis elemosy  
nam, cap. non est 1  
q. 1. ex Thom. 2. 2  
q. 32. art. 5.

c Quid agendum,  
si fructus decrescā.

**d** Quia iuxta fa-  
cultates faciendo  
sunt sumptus, cap-  
sopite, in fine, cap-  
nuper de censibus  
crecscit ergo patri-  
monium eius, quod  
ordinatus viuit, an-  
gum. leg. 2. ff. v.  
pupillus educari a  
beat.

*at: e Ex Trid. de re-  
tue c. 3. p. visitation  
autem, scil. 24.*

**co-  
tui  
doss  
Sal  
Mar-  
illius**  
a Debet esse eius  
qualitatis, & at-  
tit, sicut Collegia-  
les ex statuto anno  
1553. in 10, die  
Nouemb. Relator  
Andrea Lopez, e  
anno 1554. in 15  
die Nouemb. Rec-  
tore Joanne Ilde-

**Quo b*Quid iurare d  
beat visitator.***

*c Vnde secretè, propria manuscritta debet esse vistio, aliis non vaquia non servia honor, si sic detur honor Colle- rum, ex collegi-*

legij, & in visitatione contenta in perpetuum non reuelabit. Prestito autem iuramento Collegiales congregari mandabit, & sic ad executionem sue visitationis procedet. Is autem, qui uno anno fuerit visitator, infra biennium in visitatorem eligi non valcat.

### Cap. XIII. De potestate visitatoris.

**V**ISITATOR autem præmisso iuramento, & receptione sua ad visitationem procedat. Et primo quidem personas visitabit, & de eis inquietet: utrum seruent constitutiones, & statuta per nos edita, & si in aliquo eos, vel eorum aliquem delinquisse, reperiet, puniat arbitrio suo: ubi constitutio<sup>d</sup> poenam non imposuerit. Inquirat præterea de moribus Collegarum, & actibus eorum, quæ gesserunt tam in collegio, quam extra: principaliter tamen de duobus curam habeat, videlicet de moribus, & litteratura, postea vero de bonis inquirat, quæ sunt, & quem statum teneant, & ubi viderit expedire, quæ lapsa sunt, redificari mandet: quæ locata non sunt, locari curet: quæ emptione digna iudicauerit emi, iubeat, si ad hoc collegij sufficient facultates. Quod si iuxta formam constitutionum aliquis Collegium priuandus veniat eundem collegio priuatum dimittat, & denuntiet, & expelli mandet. Ad cuius executionem omnes Collegæ cuncte iubent, & eidem faveant sub poena praestiti iuramenti, & priuationis portionis per annum. Finita autem visitatione, dentur visitatori ducati boni auri, & ponderis tres, & unum xenium per dicum, aut caponum valoris viius ducati. Possit autem visitator esse dignitas, personatus, aut canonicus Ecclesiae, sicut dominis capitularibus melius videbitur expedire.

## TOMVS QVINTVS.

Imponit poenas in aliquibus; quæ iure punienda videntur. Duæ sunt enim iustitiae partes, videlicet declinare a malo, & facere bonum. Idcirco subiiciemus quædam, quæ evitanda videntur poenis adiectis eisdem.

Cap.

Cap. I. De De pœna blasphemantium, aut per Deum,  
Sanctos iurantium, vel turpia verba loquentium.

**A**COBVS in Canonica Epistola cap. i. ait: Si quis putat religiosum se esse non refrenans linguam suam: huius vana est religio. Idcirco quoniam Collegiales in sermone prudentes, & modestos esse oportet, & qui a malo non abstinent virtutis amore, saltem formidine poenæ abstineant. Idcirco statuimus, & ordinamus, quod blasphemantes Deum, vel S. Virginem Mariam, vel Sanctos, poena decem regalium argenteorum puniantur. Iurantes vero per Deum, Virginem, aut sanctos pro qualibet vice, qua iurauerint, uno regali argenteo puniantur, nisi id fecerint in casibus a iure permisis: turpia & vero loquentes corripiantur a quoconque audiente, & Rector de his admonitus priuationem mensæ, vel alia arbitria poena eundem turpiter loquentem corripiat. Et si publicus sit excessus, publicè puniat, si vero occultus, occulte.

Cap. II. De pœna illorum, qui fœminam aliquam in cubiculum aliquod collegij duxerint, vel cum aliqua rem habuerint.

**V**ERA Hieronymi sunt: a Hospitolum tuum mulierum pedes nunquam terant, exurit quippe fœmina conscientiam viri pariter habitantis. Idcirco statuimus, ne aliquis in collegio fœminam aliquam quantumcunque honestam in cubiculum suum introducere præsumat. Quod si fecerit, grauitate puniatur, nisi forte mater, aut soror, aut talis, de qua naturale foedus: nihil criminis suspicari permittit. Pernoctare vero intra collegium nulla fœmina permittatur. Quod si quis eam intromiserit per se, vel per alium, ipso iure collegio sit priuatus. Quod si Collegiale aliquem vitium carnis cum quacumque fœmina etiam extra collegium commississe fuerit probatum, pro prima vice portione collegij uno anno priuetur: pro secunda vero collegio sit priuatus.

Cap. III. De pœna furantium aliquid de rebus Collegij.

ITEM

a Cap. 13. de vita & honestate Clericorum.

b 1. Reg. 2. Nam si vir peccat in iurum, potest placari Deus, sed si vir peccat in Deum, quis orabit pro eo, &c. 2. de iure iur. non discedet a domo eius plaga.

c Colloquia mala corruptunt bonos mores, 1. Corinth. 15. Paulus Colos. cap. 3. a

a Cap. antepel. dif. 32.

b L. 19. C. de Epis copis, & clericis.

**I** TEM statuimus, & ordinamus, quod si quis scholarium, capellorum, vel seruitorum collegij furto<sup>c</sup> aliquid deprehendisse conuincatur, aut hoc fieri consenserit, vel consilium, significarunt: ap- aut fauorem dederit, vel sciens Rectori non reuelauerit ( si illum appellatur per Paulū III. Data Romæ, 7. Kal. Feb. 1547 per quam excom- municantur, nec absoluī possunt, do- nec restituant col- legio. ) valorem aurei ducati non excesserit ) per mensem pro prima vice sit portione mensæ priuatus, pro secunda verò, si valorem ducati excesserit præter emendam, ad quam lessortenetur, sit duobus mensibus portione priuatus, & careat voce actiua, & passiua in capella collegij: pro tertia verò per annum sit priuatus portione, & in cippo collegij vinculis astringatur per mensem. Volumus enim, quod in collegio sit unus cippus ligneus: in quo delinquentes pro qualitate delicti ponantur, & detineantur.

**Cap. IV. De pœna portantium arma, & illis percutientium.**

**E**XCOMMUNICATIONE notari ius canonicum iubet clericos arma portantes, & quoniam Collegæ ut plurimum clericis sunt, & propter hoc debent cæteros honestate præcedere. Idcirco prohibemus, ne aliquis collega arma portare valeat, neque defensiva, neque offensiva, nisi de licentia Rectoris in casu lito: prius de hoc fide facta coram eo, & consiliarijs. Transgressor puniatur amissione armorum, & collegio applicentur. Si verò prædictorum collegarum, capellorum, vel seruitorum aliquis cum armis alium collegam, capellum, vel seruitem percuferit, etiam ita leuiter, quod ex percussione sanguis non exeat: per annum à portione mensæ sit omnino priuatus. Si verò ita percuferit, ut sanguis effundatur, collegiū ipso facto perdat. Si verò collega capellanus, vel seruitor aliquem percuferit extra unum intra collegium, per sex menses portione priuatus sit: si verò extra collegium percuferit, per quatuor menses sit priuatus. Sed si percussio fuerit atrox, b priuetur collegio.

**Cap. V. De pœna rixantium, & per hoc ad verbera sine armis procedentium.**

**V**OLVMVS præterea, quod scholastici, vel capellani in collegio, vel extra, rixantes arbitrio Rectoris, & consiliariorum puniantur, presentes autem rixantū concordiam procurent. Quod si aliquis in hoc fuerit contentiosus, tandem à

por-

portione mensæ sit suspensus, quandiu in contumacia perseuerauerit. Si verò rixantes ad verbera processerint, per unum mensem à portione mensæ priuati sint. Si verò quispiam aliquem Collegialem, aut capellum alapa percuferit, quoniam hæc iniuria atrox reputatur, per annum sit à portione suspensus.

**Cap. VI. De pœna dicentium verba iniuriosa, vel infamatoria in praesentia alicuius, vel in absentia, & de susurribus, & seditionis.**

**S**i quis de collegio alicui scholastico, vel capellano verbum dixerit iniuriosum, vel de ipso detraxerit, a ex qua detractione ipsi sequatur infamia, Rectoris arbitrio, & consiliariorū puniatur. Si verò susurro alicui dixerit, se audisse ab aliquo verba iniuriosa, vel infamatoria, puniatur arbitrio Rectoris, etiam si iurauerit talia verba audisse, a vel unum testem in suam probacionem adduxerit.

**Cap. VII. De pœna falsi testis, & de eo, qui Rectori in licitis obedientiam non praestat.**

**F**ALSIDICVS testis tribus personis est obnoxius, Deo videlicet, iudici, & parti. Idcirco si quis iuratus falsum testimonium dixerit, pro prima vice portione mensæ per sex menses priuatus sit: pro secunda verò per annum: pro tertia verò per biennium. Si quis verò periurus fuerit, b quia non seruat statuta, in quibus periuri poena imponitur, pro prima vice indecē argenteis puniatur, pro secunda in viginti, pro tertia in triginta. Quod exequi teneatur Rector ipse c cum consiliarijs sub eadem pena. Si verò aliquis Rectoris imperio fuerit inobediens e in his que iuste mandauerit, monitus mensa priuetur, & in priuatione perseueret, donec ad obedientiam venerit: quod exequatur Rector cum consilio consiliariorum.

**Cap. VIII. De pœna ludentium ad talos, vel ad cartas, & de ludo pilæ.**

**L**VDVS alearum, & canonico, f & ciuili iureg improbat<sup>g</sup> est. Idcirco prohibemus, ne quis capellanus, aut collegialis ad aleas, talos, aut cartas ludere præsumat quoquo modo,

c Quid enim detrahor facit, nisi opus Dei destruere, ex Psalm. 10. Quoniam que perfecisti, destruxerunt. Detractatores namque Deo odibiles, ex Paul ad Rom. cap. 1. quia ut homicidie reputantur, & summa 6. q. 1.

a Non enim tantum peccat, qui detractabit, sed etiam qui libenter audit, cap. ex merito 6. q. 1.

b Non seruantes statuta, et si periurus, que pena sit?

c Quia eius officium est, arg. 1. offic. 12. ff. de te milit.

d Pena inobedientis Rectori.

e Quod summa militia laus est obedientia, cap. quid culpatur, c. militare, & insumma 24. q. 2.

f Cap. 15. de vita & honestate.

g Aut alearum C. de religiosis, & sumptu funer.

do, nisi forsan in festo Natalis Christi, de licentia Rectoris, ad bretempus pro aliquo esculento, vel poculento ludere contingat. Sed quoniam scaquorum ludus, & pilæ <sup>i</sup> non sunt prohibiti: permittimus, quod intra collegium clausis ianuis de licentia Rectoris in diebus, quibus vacatur à lectione ludere valeant k collegæ non pro pecunia, sed pro aliquo exculento, vel poculento ad breve tempus. Extraneos tamen omnino prohibemus in collegio ludere, nisi forsan raro aliquis de illustribus Salmanticæ cōmorantibus hoc à Rectori petierit. Semper tamen saluo, quod ludus non sit pro pecunia, sed pro aliquo exculento, vel poculento.

**C**ap. IX. De pœna cithariantum, vel choriabantum.

**D**ECET domum sapientiae honestas, & virtus. Idcirco prohibemus, ne intra collegium aliquis vtatur cithara, vel psalterio: nisi forte in camera <sup>a</sup> sine scandalo, & vicini præjudicio, non etiam admittantur larvati: quod si factum fuerit, Rectoris, & consiliariorum puniatur iudicio.

**C**ap. X. De pœna venientis ad collegium porta clausa, aut per fenestram intrantis, vel de collegio exēuntis, vel extra collegium pernoctantis.

**I**TEM volumus, & statuimus, quod si quis collegarum, aut capellanorum in collegio residentium, vel ab itinere venientium post clausam portam venerit <sup>b</sup> ad collegium, sibi nullatenus aperiatur, & die sequenti coram alijs in pane, & aqua ieunet. Si vero secundo in eundem errorem inciderit, per mensem à portione mensæ priuatus sit. Si vero tertio idem fecerit: ipso collegio priuatus sit ipso facto. Si autem aliquis collegarum post clausam portam de predicto collegio exierit per fenestram, <sup>c</sup> vel alias, ipso facto collegio sit priuatus. Quam priuationem Rector exequi facere tenetur, alias etiam ipse collegio priuetur.

**C**ap. XI. De pœna dormientis in alterius camera, & studentis in alia facultate, quam in ea, ad quam fuit admissus.

<sup>h</sup> Ex glos. autb.  
interdicimus, C.  
de Episc. & cleri-  
cits.

<sup>i</sup> Ex leg. solent in  
fin. ff. de aleatori-  
bus.

<sup>K</sup> Quia, delella-  
tio rep. illit animi  
tristitia ex Arif.  
<sup>4.</sup> Eth. & in c. 9.  
inquit, quod dele-  
latio est necessaria  
ad vitam, sicut sat  
ad cibum.

<sup>a</sup> Quiamusca-  
tificat cor, Eccles.  
40. dolores animi  
fanat, ex Arif. 8.  
Polit.

<sup>b</sup> Pœna venientis  
ad collegium ianuis  
clausis.

<sup>c</sup> Arg. I. 3. & nec-  
non, ff. de remilit.  
<sup>d</sup> I. fin. ff. de reris  
divisione.

**I**TEM statuimus, & ordinamus, quod nullus Collegatum, neque capellanorum in alterius camera de die, neque de nocte dormiat, nisi forte occasione infirmitatis de licentia Rectoris alicui commendetur, quod in camera infirmi maneat. Quod si hoc implere contempserit a dormiens in alterius camera collegio sit priuatus: qui vero reliqua facultate, ad quam in collegio est admissus, ad aliam se transtulerit, per Rectorem moneatur, ut in ea facultate operam det, ad quam est admissus. Quod si tertio monitus madata Rectoris contempserit, à collegio expellatur. Consulimus tamen scholaribus Theologis, quod postquam in collegio quadriennio manserint, ius canonicum addiscere, & audire valeant, & eis præsertim incumbant, quæ ad Ecclesiæ gubernationem pertinent, sicut est de censuris Ecclesiæ, & alijs, quæ frequenter in ea versantur, quorum ignorantie Theologi tenentur.

**C**ap. XII. De pœna murmurantis contra Rectorem, propter pœnas iniunctas, & de pœna iniuriantis Rectorem, vel contra eum coniurantis, vel secreta collegij revelantis.

**S**TATVIMVS, & ordinamus, quod si aliquis scholasticorū propter pœnā sibi iniunctam à Rectori, aut consiliarijs cōtra eos murmurauerit <sup>b</sup> dicendo, quod est iniusta, aut magna pœna sibi imposita, duplicitur. Si autem Rector solo verbo fuerit iniuriatus & per hebdomadam à portione mensæ iniurians priuatus sit: pro secunda vero vice iniurians, per annum à portione mense priuatus existat, pro tertia vero à collegio repellatur. Si vero dubitetur de verbo iniurioso: <sup>d</sup> an fuerit iniuriosus: statim eadē die post verbi prolationem consiliarij diffinire teneantur, an verbum fuerit iniuriosum, necne. Quod si fuerint in sententia discrepantes, duorum stetur iudicio. Si vero, quod absit, in Rectorem quispiam manus iniecerit <sup>e</sup> violentas, ipso facto collegio sit priuatus, & ab eo protinus expellatur. Coniurantes autem, vel conspirantes contra Rectorem pœna puniantur, quæ imposta est cōtra verbo iniuriantes. Qui vero secreta <sup>f</sup> collegij, cuius plurimum interest, ne pandantur alicui, extra collegij corpus revelauerit absq; consensu saltem maioris partis collegij ad hoc legitimè congregati.

<sup>a</sup> Nota.

<sup>b</sup> Contra pœnam  
iustam, vel iniusta  
nihil dicendum.

<sup>c</sup> Pœna iniuriantis  
verbo D. R. d.

<sup>d</sup> Quæ dicatur iniuria  
per consiliarios  
diffiniatur.

<sup>e</sup> Pœna contra illū  
qui iniecerit vio-  
lentas manus in  
Rectorem.

<sup>f</sup> Pœna revelantis  
secreta collegij.

gati, ipso facto collegio sit priuatus. Quæ autem sunt illa secreta, si dubitetur, stetur determinationi Rectoris, & consiliariorum.

**Cap. XIII.** *Quo modo, & coram quibus debeant prætendentes se esse grauatos emendam petere, & de punitione Rectoris facta aliquem iniuriantis, & tempore magna discordia, ad quem sit recurrentum.*

**I** TEM volumus, & statuimus, quod quilibet collega, vel capellanus possit de suo grauamine per Rectorem <sup>a</sup> ilato conqueri, & emendam petere coram consiliarijs: qui si adhuc non satisfecerint, petat coram visitatore tempore visitationis. Si tamen, quod absit, Rector alicui collegæ <sup>b</sup> alapam dederit, aut fusce percuserit, consiliarij de emenda sibi prouideant, & Rectorem ipsum debitè puniant. Quoties verò inter ipsos collegas (quod Deus auertat) rixa magna, vel discordia evenerit, quam Rector, & consiliarij sedare non possunt, ad visitatorem recurrentur, qui delinquentibus, & tumultuosis debitam pénam imponat. Cuius determinationi omnino obedientia præstetur. Quod si fortè predicti omnes iustitiam non fecerint, ad patronum <sup>c</sup> domus recurra, vbi cumque moretur. Quod si ad alium extraneum recurra, pro priima vice per annum à portione mensæ, pro secunda verò à collegio sint priuati, <sup>d</sup> & protinus expellantur,

<sup>a</sup> Hoc est alteratū ex mandato 3. II. Iustissimi Domini Episc.

<sup>b</sup> Rector dans alapam alicui qualiter puniatur.

<sup>c</sup> Ad Patronum quando recurrentur.

<sup>d</sup> Priuatus preter panem nihil habet ex collegio cap. 10 tom. 3.

**Cap. XIV.** *De pœna Rectoris, & consiliariorum, si negligentes fuerint in pœnis infligendis, & de prouisione contra Rectorem statuta collegij non seruantem, vel collegij bona male administrantem.*

**I** TEM statuimus, & volumus, quod si Rector, & consiliarij fuerint negligentes in infligendo pœnas suo arbitrio iniungendas, vel in statutis contentas, pro prima vice portione collegij per hebdomadam sint priuati, & nihilominus reo pœna iniungatur per eosdem. Et si secunda vice fuerint negligentes, per triduum pœna duplicitur, eorum cuilibet mandantes etiam

quod

quod si (quod absit) Rector ipse in huiusmodi statutorum obseruatione, vel non obseruando, vel alios non obseruare permittendo, vel contra ipsorum statutorum formam aliquid facere præsumperit, <sup>a</sup> vel bora collegij male administraueit, per duos iuxta veritatem Euangelicam <sup>b</sup> collegas beat secretō admōneri, ut à cæpto desistat. Quod si noluerit eos audire, ipsum corā duobus capellanis collegij admoneat, vel duobus collegis. Quod <sup>b</sup> si peccauerit <sup>c</sup> 1. si contemptis his admonitionibus, ipse Rector à talibus incæptis cessare neglexerit, statim præfati collegæ in capella congregati c præfatum rectorem tertio admoneant. Qui si adhuc ab incæptis non destiterit, eodem à rectoratu deposito alium loco eius eligat in Rectorem. Si vero tales denunciatores in probatione detecti, ultra pénam penituri, quam incurvant, sint ipso facto priuati prouisione mensæ per annum;

<sup>a</sup> Rector faciente centra statutum, & bonum collegij, quid facendum.

<sup>b</sup> Si peccauerit 2.

<sup>c</sup> q. 1.

<sup>c</sup> Collegæ possunt capellam congregare ad bonum cole. gij, & obseruacionem statutorum, Rector monito nō faciente, & idem si exeat à capella, arg. l. ubi, ff. de tutoribus.

**Cap. XV.** *De pœna thesaurarij, vel receptoris extra ordinarij, vel dispensatoris maioris in fine sui officij pecunias collegij retinentium.*

**E**T quia diximus, quod in collegio debet per singulos annos unus deputari: ad cuius manus omnes redditus pecuniarum collegij venire debeant. Item unus alter receptor carum pecuniatum, quæ extraordinarie consumuntur. Item tertius, quem supra dispensatorem maiorem vacare decreuimus, ut fraudibus, & damnis collegij occurratur, statuimus, quod omnes tres supradicti, post quam rationem reddiderint receptionis suæ;

<sup>e</sup> Luc. cap. 12.

quæ dispensarunt, scribatur summa remanens pecuniarum in unoquoque ipsorum. Quam summam intra mensē f post festū S. Lucæ reddere novo thesaurario teneatur: quod si non fecerit, exacto mense, à portione collegij tam in pane, quam in vino, & carnis sit omnino priuatus, donec realiter, quod debet, soluat:

<sup>f</sup> Debitor collegij ex quocumque officio intra mensē

Quod si adhuc post mensē primum post alios duos menses, quibus fuit à portione priuatus, débita cum effectu non soluerit, & à collegio protinus expellatur. Non enim licet alicui aliena retinere, sicut neque rapere;

<sup>g</sup> In dolo est, arg.

l. 8. s. dolo autem,

ff. mandati.

**Cap. XVI. De pena Rectoris, vel alterius collegæ pecuniam  
collegij recuperantis, & retinentis.**

**S**TATVIMVS præterea, quod si contingat aliquem collegij debitorem pecunias soluere Rectori, vel alicui alteri a de collegio, eadem die pecunias sic receptas thesaurario, vel

generali receptorū tradere teneatur. Quod si non fecerit, ipso factō pœnam incurrat priuationis mensæ per annum.

cellulose, lignin, protein, carbohydrate, in aqueous solution.

**b** Ex Paulo 1. Cor.  
cap. 14. omni*x* ho  
nest*e*, & secundum  
ordinem fiant in  
bonis.

Custos panis iure  
ret de fidelitate ob-  
seruanda, c. 5. tom  
4. ibi sicut & cæ-  
teri, quod hic pre-  
cipitur facturum.

*d Luc. c. 12. ut  
det illis in tempo-  
rē.*

*Cap. XVIII. Quod iunior Collegialis diuidat portiones carnium collegis distribuendas.*

**E**Diuidere portio-  
nem æqualiter, pa-  
tet arg. Paul. ad  
Timot. c. 5. nihil  
furiens in alteram  
partem declinando

**I**TEM volumus, quod iunior collegialis curam habeat diuidendi portiones carnium & æqualiter, quæ collegis dandæ sunt: & attentè videat, utrum easdem carnes coquus reddat elixas, aut assas, quas crudas accepérat à dispensatore.

Nouerint yniuersi præsentes litteras inspecturi, visuri, pariter & audituri, quod anno à Natiuitate Dñi millesimo quingentesimo tricesimo septimo, die vero Louis duodecimo mensis Aprilis, in mei Notarij publici, testiumque infra scriptorum ad hoc specialiter vocatorum, & rogatorum præsencia, præfatus reuerendissimus in Christo, Pater, & Dñs D. Didacus Ramirez Episcopus Concheñ. promulgabit, & decrevit, insinuat, & notificauit, constitutiones prefatas. Et præcepit Rectori, consiliarijs, Collegialibus, & ministris præsentibus, & futuris prefatibus.

fati collegij S. Iacobi in perpetuum in uiolabiliter obseruari sub censuris, & poenis in eis, & earum qualibet contentis, saluo sibi iure addendi, minuendi, ac limitandi eas, & earum quamlibet, si-  
c ut sibi ab Apostolica sede concessum est. In quorum fidem præ-  
sentes suo nomine, & sigillo munita per me Notariū infra scrip-  
tum subscribi, & publicari mandauit. Datis, & actis Conchæ,  
Die, Mensæ, Anno, quibus supra: presentibus ibidem Baccalario  
Alfonso de Texeda in Ecclesia Concheñ. Portionario, & Alfonso  
de Castillo, necnon Ludouico de Villescuſa prælibati Domini E-  
piscopi familiaribus testibus ad præmissa vocatis specialiter etiam  
& rogatis.

Siguense ciertos Capitulos de cartas del  
Illustrissimo Señor Don Diego Ramirez  
de Buena memoria, Fundador desta sancta  
casa, por los quales se declaran dudas, que  
pueden occurrir, que por constituciones  
no estan declaradas.

I Nos el Obispo de Cuenca, Don Diego Ramirez decimos que porque en las constituciones, que tenemos hechas, y dadas a nuestro Collegio de Santiago de Salamanca , no està declarado en que dia se han de hallar presentes los colegiales para ganar e habito, de que se tiene duda. Porende queriendo lo declarar, que remos, y mandamos, que los dichos habitos ganen los que se haren presentes el dia <sup>2</sup> de S. Lucas de cada año.

2 Iten mandamos, que no pueda colegial yr solo, sino fuere  
escuelas, ò à la Iglesia, ò yendo à cauallo , aunque Salomon b di-  
ze, *V& soli, quia si occiderit, non habet subleuantem se.*

3º Iten mandamos, que de las penas que el Rector pusiere, no pueda el colegial castigado apelar para consiliarios, conque la tal pena no exceda mas de ocho dias de priuacion de comida, fasta en cantidad de vn ducado, reseruando al tal castigado su derecho a saluo, para que lo pueda pedir ante el visitador. P. Iten

*c Vide cap. i*

a L. 1. ibi, nobilis,  
et prudens, C. de  
condi. hor. lib. 10  
l. 1. ibi, origo na-  
tum, ff. de mu-  
neribus. Id est Deut.  
cap. 1. ibi, viros  
sapientes, et nobi-  
les, et 1. Reg. cap.  
19. Et 1. Mach.  
c. 3. ibi, reliquit  
nobilis. Et inter  
nobiles nobilior de-  
bet eligi, ex 2 Reg.  
c. 23. ubi Abifai,  
ut nobilior elige-  
tur: et ita tene, li-  
cet unusquisque sit  
filius suorum ope-  
rum: virtus enim  
sola nobilitat, atq;  
animum moribus  
orat, cap. 37. de  
prabendis.

Nota 1 quod in hac  
constitutione de-  
rogata manet dis-  
positio, c. 6. tit. 2.

Nota 2.  
Iure communi ca-  
uetur hoc, sed in re  
tam iusta, et colle-  
gi bono, conuenie-  
ti, ultra ius com-  
mune sua constitu-  
tione nobilissim⁹  
Fundator nobilita-  
tem præferri puta-  
uit, in re pari; et  
quandoque nobilior  
bene merenti pre-  
fertur, latē Seneca  
de Benefic. lib. 4.  
cap. 30. 31. 32.

Nota 3. quod ex  
hac constitut. con-  
stitutionem purita-  
tis in sua praxi vi-  
ridi iustificari, ut  
videbitur notariis  
inc. 2. tit. 2. supra

Nota 4. Quod iam  
in praxi, vi amo-  
neatur odium com-  
parationis, præeli-  
gitur antiquior in  
gradu baccalaurei,  
et sic ordine serua-  
re.



Reuerendissimus Dñs D. Didacus Ramirez Dei, et Apostoli-  
ca sedis gratia Episcopus Gonchen. Serenissima D. N. Ioanna  
Regina Castella, legonis, et c. Major capellanus, ac eiusdem Ca-  
sarea Maiestatis consiliarius, dixit, et exposuit, quod cum ipse  
omnipotenti iuuante Deo, quoddam collegium pro institutione,  
et eruditione egentium scholarium in ciuitate Salmantina, sub

Eccle-

- 4 Iten mandamos, que dada paridad entre los opositores, se  
elija el de mejor linaje, porque Aristoteles ex bestijs bestiam, &  
ex bonis bonum putat generari.
- 5 Iten mandamos, que en las elecciones de Rectores se reue-  
ne la election de familiares, porque con el temor de la expulsion  
es ordinario procurar seruir bien.
- 6 Iten permitimos, que pueda auer en el dicho collegio seis por-  
cionistas: entre los cuales se repartan las sobras de la comida, y  
cena.

### F I N I S.

**I**llustrissimus Episcopus 18. die Octobris, Anno 1535. ad-  
ministratorem perpetuum cum plenissima facultate, coram  
Ferdinando de Mergelina Notario Apostolico nominauit.  
Post deinde eundem D. Antonium Ramirez Episcopum Auriē  
sem, qui postea ad Episcopatum Ciuitansem, deinde Segobiensem  
delatus est, in perpetuum administratorem erexit huius collegij, ut  
constat ex instrumento tenoris sequentis, quod est originaliter in  
protocolis Ludouici de Cuellar Notarij Apostolici, et unus ex  
audientia Episcopali Conchensis in processu fulminato 19. die Oc-  
tobris, Anno Domini 1537.

**N D E I N O M I N E A M E N.**  
Per hoc praesens publicum instrumentū  
cunctis pateat evidenter, et sit notum,  
quod anno à Nativitate Domini millesimo  
quinquagesimo trigesimo septimo, die  
vero Iouis mensis Aprilis in mei Notarij  
publici, testiumque infra scriptorum  
ad hanc specialiter vocatorum, et roga-  
torum praesentia, personaliter constitut⁹,

Ecclesia; Parochia S. Bartbolomai Apostoli: Et quandam capel-  
lam in honorem assumptionis diuinae Virginis Theotocos, in Ecclesia  
S. Petri oppidi de Villeguera Conchensis diocesis, pro sua, et ma-  
iorum suorum sepultura a proprijs sumptibus, et expensis edifi-  
care, construere, et fundare, et erigere fecerit, et curauerit: cupit q̄  
tam collegium, quam capellam huiusmodi rite, et recte gubernari  
regi, ac ut decet administrari. Id circò confidens de legalitate, in-  
tegritate, probitate, ac rerum experientia Reuerendissimi Patris  
Domini Antonij Ramirez de Haro ex fratre nepotis electi Epis-  
copi Auriē. Et quod ea, quae eidem commissa fuerint, omnirecti-  
tudine, et diligentia pertractabit, et administrabit, spontanea  
voluntate omnibus melioribus, modo, via, forma, et causa, qui-  
bus de iure potuit, et debuit, citra tamen quorumcumque man-  
datorum, procurationum, et commissionum per dictum Dominū  
Episcopum constituentem, super hoc, et quibusvis alijs causis ei-  
dem Domino Episcopo Auriē. concessorum revocationem, ac om-  
nia, et singula per dictum Dominum Antonium Ramirez desi-  
natum Episcopum Auriē. vel ab eo substitutum acta, facta, ac-  
titataque, rectificando, aprobando, et laudando fecit, constituit,  
creauit, et deputauit, eundem Dominum Antonium Ramirez  
de Haro electum Episcopum Auriē. in presentiarum constitutū  
Et acceptantem prototempore vitæ dicti Dñi Antonij electi E-  
piscopi, perpetuum irreuocabilem protectorem, Patronum, guber-  
natorem, et generalem administratorem tam collegij, quam ca-  
pelle predictæ ius patronatus protectionem, gubernationem, admi-  
nistrationem, et visitationem irreuocabilem huiusmodi iure, et  
libere, et ex mera liberalitate concessit, tribuens eidem Domino  
Antonio Ramirez electo Episcopo plenam, liberam, et omnimo-  
dam potestatem, et facultatem, ut quo ad vixerit etiam, et si di-  
ctum Reuerendissimum Dominum Episcopum constituentem ab  
humanis migrare contingat collegium, et capellam predictam, at  
capellanos, familiares, et alios ministros, et officiales collegij, et  
capellanoꝝ, predicatorum domestico, seu extra domum commorantes ad  
vitā, seu ad tempus limitatum mercede, aut stipendio conductos  
per dictum Dñm Antonium Ramirez electum Episcop. Auriē.  
perpetuum Patronum, vel aliquem, seu alios, quos ad id duxerit  
deputandoꝝ, substituendoꝝ, nominandoꝝ, ac eligendoꝝ toties, quo-  
ties ei videbitur visitandi, eosque ad bene, et laudabiliter viue-  
di, exhortandi, et ad monendi, necnon de eorum vita, moribus,  
excessibus, et criminibus inquirendi, eosque ad libitum, et ad

ciusdem bene placitum corrigendi, & emendandi præbendis, prædictis officijs, stipendijs, aut capellanijs, & ceteris ministerijs prædicatorum collegij Salmanticensis, & capella in oppido de Villasca sa erecta priuandi perpetuo, vel ad tempus segregandi, & expellendi, aliasque in eorum locum perpetuo, vel ad tempus instituendi, aliasque pœnas, seu multas aequales, seu minores, & maiores infringendi constitutiones, & statuta prædicatorum collegij, & capella per dictum Dominum fundatorem, aut per alios factas penes se habendi, illasque, & illa interpretandi, & declarandi, corrigendi, mutandi, limitandi, ac alias de nouo, si videbitur faciendi ad libitum, sic quod prædicta administratio eidem Reuerendissimo Domino electo Episcopo Auriensi. ad vitam concessa perpetua sit, ut prædictum est, & libera ab omni contradictione, ac interpretatione ad effectum, quod quicquid eidem videbitur expedire, pro rato habeatur, & ab omnibus iniurabiliter obseruetur confirmationem apostolicam à sede apostolica impetrandi, & obtinendi, ac omnes, & singulos predictos ad illarum obseruationem cogendi, ac si ab ipso Domino fundatore, facta, & correcta innouata, & limitata fuerint, præfatum collegium, & capellam, quando, & quoties ei visum fuerit, propria autoritate, & absque alicuius licentia intrandi, computum, & rationem à quibuscumque personis in ipsis collegio, ac capella, vel extra existentibus bona mobilia, seu immobilia litteras, & instrumenta, ac privilegia, & quacunque iura præfatus collegio, & capella pertinentia, seu spectantia ab administrantibus, detentoribus, & custodibus petendi, & recipiendi, ad earumque exhibitionem, & præsentationem easdem, & quacunque alias personas, ut ea, qua collegio debent, & derinent, persolvant compellendi, & quacunque quitantias, & solempnes diffinitiones faciendi, & personas predictas, si in rebus per eos administratis minus fideliter se gesserint, puniendi, numerumq; collegarum, capellanorum, & familiarium, ministrorum, & officialium prædicatorum, ac etiam ipsas capellanas, si videbitur expediens esse augmentandi, diminuendi, & limitandi, & quacunque bona mobilia, & immobilia, pretiosa, & non pretiosa, se mouentia spiritualia, & temporalia argentea aurea area, & ornamentata am auro, argentoque intexta, quam sericea, bombicea, gossipina, au lea, ac domos, & des, terras, arua, nemorosa pabula, ac sura, redditus, & prouentus, necnon beneficia cum cura, vel sine cura, præstimonia, seu præstimoniales portiones à dicto Domino constituen te præfato collegio, & capella data, concessa, assignata, seu danda

con-

concedenda, & assignanda cum quibusuis personis alienandi, cōmutandi, permutandi, licitandi, renuntiandi, ac in quolibet us dicti collegij, & capella, ac utilitatem prout dicto Domino electo Episcopo Auriensi. perpetuo Patrono, & administratori bene vi sumfuerit, & placuerit, accipiendi, præbendi, dandi, erogandi, distribuendi, ac conuertendi, necnon occurrente vacatione capellano rum, aut aliorum ministrorum præfatæ capella adeas, vel ad dicta ministeria clericum, vel presbiterum idoneum ex eadem authoritate apostolica dicto Domino Episcopo constitutive concessa, nominandi, ac præstantandi iuxta aditæ constitutionis per dictum Dominum constituentem vim, formam, & tenorem, necnon quolibet collegas, capellanos, familiares, officiales domesticos, seu extraneos etiam & ministros ad dictum collegium, & capellam præstantandi, admittendi, & instituendi, acrecipiendi, & puniendi, expellendi, corrigendi, castigandi, prout videbitur expedire, ac salario, & stipendia pro personarum qualitatibus competentia, prout eidem bene visum fuerit, consignandi, deputandi, augendi, diminuendi, limitandi, & à dicto Domino Episcopo constitutive, seu à prelibato Domino Episcopo electo Auriensi. perpetuo Patrono ad tempus, vel in futurum consignata, seu consignanda, approbandi, limitandi, & confirmandi, & præfati collegis, & capellanijs, ac ceteris officiis domesticis, seu extra domum commorantibus, præsentib; & futuris ea consignari, deputari, & obseruari, præcipiendo unius quodque, vel plures visitatorem, seu visitatores, procuratorem, seu procuratores eius locum simili, aut limitata potestate substituendi, eumque, vel eos reuocandi, & alium, seu alios de nouo eligendi toties, quoties ei videbitur expedire præsenti procuratorio, ac irreuocabili rationatu, nihilominus in suo labore duraturis. Et generaliter omnia, & singula faciendi, dicendi, gerendi, & exercendi, quæ quicunque patroni protectores, gubernatores, & administratores, ac visitatores generales, ac etiam cum libera, & generali administratione, & amplissima potestate irreuocabili alias deputati, & qua ipse Reuerendissimus Dominus Episcopus Fundator ficeret, seu facere posset, si præmissis omnibus, & singulis interesseret, etiam si maiora forent, quam expressa fuerint. Promittens insuper idem Dominus Episcopus constituens mihi Notario publico infra scripto, tanquam publicè, & autentice persona solemniter stipulati, & recipienti vice, ac nomine dicti Domini Antonii Ramirez designati Episcopi Auriensis, ac omnium, & singulorum, quorum interest, intererit, aut interesse poterit, quomodo libet in futurum constitutionem, creationem, diputationem, & donationem prædi cas

ctas nullo unquam tempore reuocare, nec reuocari facere, nec contra eas directe, vel indirecte, quouis quæsito colore, rationeq; venire, immo quod toties, quoties dictus Reuerendissimus Episcopus constituens contigerit, dictum mandatum reuocare, toties de nouo ad supradicta omnia, & singula pralibatum Dominum electum Episcopum Auriens. constituit, creauit, & deputauit, renuncians quibuscumque iuribus, qua huiusmodi donationi praividicare possunt sub hypotheca, & obligatione omnium bonorum suorum mobilium, & immobilium, spiritualium, & temporatium, & futurorum, ac sub omni iuris, & fori renunciatione ad bac necessaria pariter, & cautela, vultq; dictus dominus constituens, ac sua intentionis, animique deliberatè est, quod omnia supra dicta, necnon praesens donatio iuris patronatus sint irrevocabilia, & perpetua, ac in quantum donatio est pro insinuata, notificata, & publicata habeatur, & quod pralibatus Dominus Antonius Ramirez electus Episcopus Auriens, quibusuis personis tam ecclesiasticis, quam secularibus insinuare, notificare, & publicare possit, & valeat etiā in eo, quo ducatorum quingentorum summam excedit præiudicium, seu obstaculum, aut aliquid impedimentum generari non possit in futurum, nam in quantum possit dictam quingentorum ducatorum aureorum summa excederet tantæ, ac diuersæ, & separatas supra dictis obligationibus dicto Domino designato Episcopo Auriens. donationes liberè fecit, et concessit, de quibus omnibus, et singulis præfatis Dominus constituens, petiit, et requisuit sibi à me Notario infrascripto fieri, et tradi unum, duo, seu plura, publicum, seu publica, instrumentum, seu instrumenta. Acta fuerunt hac in ciuitate Conchensi sub anno, d.e, ac mense, quibus supra presentibus ibidem domino Alfonso de Texada in Ecclesia Conchensi Portionario, et Alvaro de Castillo, necnon Ludouico de Villascusa pralibati Reuerendissimi Domini Episcopi Conchensi. constituentis familiariibus testibus ad præmissa vocatis specialiter, atque rogatis. Et quia ego Ferdinandus de Mergelina clericus Carthag. diæcesis publicus auctoritate apostolica Notarius præfati perpetui patroni constitutioni omnibus alijs, et singulis præmissis una cum præmonitis testibus præsens interfui, ideo hoc præsens publicum instrumentum manu propria mea fideliter scriptum subscripsi, publicans, atque signavi in præmissorum omnium et singulorum fide requisitus.

FINIS.

Si-

Siguense las declaraciones del señor Obispo de Segouia à cerca destas Constituciones.

**Declaratio II. Constitutionis. Tomi 2.**

1 En lo que toca à esta constitucion, se responde, y declara, que quando algun Colegial huviere de ser recibido en el dicho colegio, no impida para ser admitido, que tenga quarenta ducados de renta en bienes patrimoniales, ó beneficio, no obstante, que la dicha constitucion limite, que no tengan de renta mas de veinte ducados de oro, y despues de entrados, puedan tener la renta que les viniere. Con este aditamento: que si les sobreuiniere de renta de treinta mil maravedis, a hasta sesenta mil pague al colegio veinte ducados cada año, y si touiere mas que sesenta mil pague al dicho colegio cada yn año, que en el dicho colegio residiere quarenta ducados.

Circa eandem constitutionem.

2 Quanto à este articulo que trata, *Quod de natis intra circem Salmanticam duo eligi valeant*: se declara, y dispensa, que por tiempo de quattro años a se puedan elegir en las dichas dos prebendas personas naturales de algun lugar dentro de quatro leguas á la redonda de Salamanca, los quales sean auidos por naturales de la dicha ciudad de Salamanca para el dicho efecto, y que pasado el dicho tiempo de quattro años, quede la dicha constitucion, que sobre este articulo habla en su fuerça, y vigor.

3 Iten se declara, que las dichas dos prebendas se prouean en esta manera: que hallandose personas naturales, en quien concurtan las qualidades que se requieren, se prouean conforme al tenor de la constitucion. Y si no oviere tales personas, que las dichas dos prebendas se puedan elegir ambas de Theologos, ó de iuristas a personas que sean de la dicha Ciudad, ó dentro de las dichas quattro leguas, como se pide.

Quarta

a L. si à patre, ó fructus intelliguntur de ducis expensis, ff. de petitione hered. glos. verbo expensis, cap. 9. de vita, & benef.

a Arg. l. solet, ff. de his, qui not. in famia.

## Quarta Constitutio secundi Tomi.

<sup>b Per electionem nominantur, qui in fortunam Rectoris sunt eligendi.</sup> 4 En lo que toca á la elección del Rector, se prouee, y declara, que los dichos colegiales, sin el Rector, y consiliarios que ovieren feido el año proximo pasado, elijan, <sup>b</sup> y nombren quatro personas <sup>c</sup> del dicho colegio, las que mas conuengan para la vtilidad, y buena gouernacion de la casa, y de sus nombres se escriban quatro cedulas, las cuales saque por suertes el capellan, que dixere la missa de Spíritu sancto antes de la elección, y el que primero saliere, aquél sea Rector, y los consiliarios se elijan conforme á la constitucion, y en todo lo demás se guarde el tenor, y forma della.

<sup>c Declaratur infra. 6. 10. & 11 Episc. Segob.</sup>

## Quarta, Constitutio tertii Tomi.

5 A esta constitucion se responde, y declara, que la cena en los dias de fiestas, y en las vísperas de las fiestas, sea á las ocho horas. Y desde Resurrección á S. Lucas en las fiestas, sea á las cinco. Lo mismo siente el cap. fin. del 3. tomo, donde manda se tenga una hora antes de cena conclusiones.

## Constitutio 6. tom 3. De ordine sessionis in capella, et mensa, ac alibi seruando.

6 Iten statuimus, quod in sessionibus hic ordo seruetur, primū locum tenet Rector, post quem sedeant capellani, deinde graduati, videlicet Doctores in Theologia, aut in iure, & Magistri in Medicina, & artibus. In paritate autem graduum Theologi precedant Canonistas, Canonistæ Legistas, Legistæ Medicos, Medici artistas. Si verò inter Theologos, vel alios paritas graduum fuerit, præcedet, qui prius in collegio receptus est.

7 En esta constitucion se suplica á V. S. mande declarar, que la antiguedad de los dichos Theologos por vittud de los grados se entienda, y proceda solamente en los asientos, y en la mano derecha, saliendo fuera de casa, conforme á como lo siente esta constitucion en la supra scripcion della, y que no sean preferidos en las demás antiguedades, y ceremonias por virtud del dicho grado, por lo que toca, y conuiene á la buena gouernacion del cole-

## Quintus Tomus.

<sup>a Glos. verb. antiquiores, cap. fin. de consuetudine in 6.</sup> gio, sino que se les tenga respecto para la dicha antiguedad al dia del ingressu, y no al grado.

8 En lo que toca á la reformacion de la dicha 7. constitucion, 3. tomo, que trata de ordine sessionis in capella, & mensa, &c. se prouee, que sera bien se practique en capilla, y se embie la forma que al presente se guarda, con los votos de los inconuenientes que ocurren de guardar la constitucion, como en ella se contiene.

9 En la ciudad de Segouia á ocho dias del mes de Abril de mil y quinientos y quarenta, y ocho años. Por ante mí Pedro Diez de Rosales, clérigo de Toledo, Notario publico apostolico, y por ante los testigos infrascriptos. El muy Ilustre, y Reuerendissimo señor don Antonio Ramirez de Haro, Obispo de Segouia del Consejo de su Magestad, visitador, y protector perpetuo del Colegio de Santiago Zebedeo de la insignie Universidad de Salamanca, que fundó, y edificó, y dotó el muy Ilustre, y Reuerendissimo señor don Diego Ramirez de buena memoria, Obispo de Cuenca, &c. Dixo, que en la mejor vía, forma, y manera que su señoría podía, y deuia, hazia, y hizo las dichas reformaciones, y declaraciones, las dichas constituciones. Segunda, y quarta del segundo tomo, y quarta, y septima del tercero tomo, y de cada una de ellas contenidas en estas tres ojas de papel. Para que lo contenido en las dichas declaraciones, y reformaciones, se guarde, y cumpla por los señores Rector, consiliarios, y colegiales del dicho colegio, que al presente son, y por tiempo fueren, y por las otras personas que en el residen por todo el tiempo que fuere la voluntad del dicho Reuerendissimo señor Obispo de Segouia, el qual dixo que reservaua, y reservó en si, y para si, la libertad, y facultad que tiene para alterar, innouar, añadir, y quitar de las dichas constituciones, reformaciones, y declaraciones. Y de cada una de ellas, cada, y quando que quisiere, lo que le pareciere que conviene para la vtilidad, y buena gouernacion del dicho colegio, en testimonio de lo qual mandó dar, y dio las presentes letras firmadas de su mano, y refrendadas por mi el dicho Notario, fecha en la dicha ciudad de Segouia dia, mes, y año sobre dicho: testigos que fueron presentes, á lo que dicho es. El muy Reuerendo señor Doctor Miguel Martinez de Victoria, clérigo de la diocesi de Calahorra, y Fernan Velazquez

quez de Molina, y Iayme de Villa, familiares del dicho Reuerendissimo señor Obispo de Segouia, para ello especialmente llamados, y rogados.

*Antoni. Segouiensis.*

Por mandado de su señoría Reuerendissima.

*Pedro Diez, de Rosales Notario.*

**N**OS D. Antonio Ramirez de Haro Obispo de Segouia, del Consejo de su Magestad, administrador, y visitador perpetuo del insigne colegio de Santiago el Zebedeo, q fundó, y dotó el Ilustre, y de buena memoria D. Diego Ramirez Obispo de Cuenca nuestro tío, y señor. A vos los muy Reuerendos Rector, consiliarios, y colegiales del dicho colegio, salud en nuestro señor Iesu Christo, sepades, que para la gouernacion, pacification, y buena orden de esa dicha casa, y colegio somos informados, conuiene prouecer en algunos casos que ocurten alterado en parte lo que las constituciones por el dicho señor Obispo ordenadas mandan, y moderando así mismo lo que por nos ha seydo proueydo, como tales administradores por causas, y respectos que à ello justamente nos mueuen: por ende vsando del poder, que como tal administrador, y visitador perpetuo, tenemos para lo infrascripto, nos parecio deuiamos prouecer, y prouemos lo siguiente.

**Primeramente** conformandonos con la costumbre, y loables estatutos de los colegios destos Reynos, en los quales está proueydo, no entre en votos de Rector colegial alguno moderno, asta tanto que por algun tiempo tenga experientia de los estatutos, y orden de la casa. Mandamos de aqui adelante, no sea admitido en la eleccion de Rector en ese colegio, ni entre en suertes con los otros colegiales antiguos colegial alguno que no aya estido en el dicho colegio despues de elegido por espacio de año y medio, sopena que la tal elección sea en si ninguna, y que por dos años siguientes sea inabil de voz pasiva qualquier colegial que consintiere entrar en las dichas suertes el tal colegial moderno.

Item

11 Item por quanto al presente por la necesidad de la casa ay poco numero de colegiales, deuemos moderar, y moderamos la constitucion por nos hecha, <sup>a supra cap. 4.</sup> en que proueymos entraen quatro colegiales en suertes para la eleccion del Rector del dicho colegio en esta forma, que entretanto que el dicho numero no cresciere hasta diez y seis colegiales, ó mas, que solamente entren en suertes tres colegiales por la orden, y medios, que en la constitucion por nos hecha en este caso se contiene, ca quanto à todo lo en ella contenido con esta moderacion, es nuestra voluntad, quede en su fuerza, y vigor, y la elección en otra manera hecha, sea en si ninguna.

12 Iten por quanto por experientia, y conforme à derecho parafese las cosas hechas, y ordenadas có mas acuerdo a alcanzar mejor efecto, deuiamos mandar, y mandamos, que en las elecciones que de aqui adelante se hizieren en el dicho colegio para las prebendas que en el ay, se hagan en cada vna elección, tres tratados, con termino de tercero dia en cada tratado, proponiendo el Rectoren capilla en cada tratado lo que se pretende, de manera que al sexto dia se agala dicha elección, y no se pueda prolongar por mas tiempo, sopena que la elección que de otra manera se hiziere, sea en si ninguna.

13 Iten por quanto en las constituciones del dicho colegio ay una que manda, no puedan ser elegidos por Rectores del dicho colegio los deudos <sup>b</sup> del fundador, y los vecinos de la ciudad de Salamanca, y quattro leguas en circuito de la dicha ciudad, y podria auer duda, si pueden ser vicerectores, declaramos, que en ningun acto puedan exercitar el dicho oficio de vicrector el que por alguna de las causas susodichas, ó por otras semejantes, ó mayores fuere incapaz del dicho oficio de Rector, y lo mismo entendemos del oficio de consiliario.

14 Iten por las constituciones del dicho colegio está prohibido no sean admitidos por colegiales personas, en quien no concurren las qualidades en las dichas constituciones declaradas; y porque seria posible, no se supiesen por informaciones algunos defectos, los quales hazian incapaz al colegial electo, en lo qual se defrauda la voluntad del fundador, por ende deuemos mandar, y mandamos, que en qualquier manera, que despues de hecha la lección,

pa-

<sup>a</sup> L. Dubium, c.

<sup>b</sup> Consanguinei tam ex ratione, c.

2. vers. sed ne ex

boc in superbiam

fferantur, tom. 1.

suit enim causa fa-

nalis. Neque obstat

cap. 4. vers. sic, ex-

cepto Rectore, &

presentatis, v. 2.

loquitur enim de

cōsanguineis, qui

non omnes presen-

tati sunt inhabiles

sed dantaxat, qui

fuerint ex sanguini

Fundatori, &

qui presentari per

Patronum obtinet

per consiliū Regis

ex d. ver. ne insu-

perbiā effératur:

suit obtentum Ios

ni Zapata presen-

tato, & alijs pre-

sentatis.

<sup>c</sup> Procedit cum il-

la qualitate Rello-

ri se fuscus sine illa,

quia cum sit pena-

lis, cum priuet à

commode, c. 14. v.

item quod si tom. 3

solum in casu, quo

prouider intendit

intelligitur, arg. c.

22. de ele. Tione in

6. ex naturali nu-

conjectura, nemo

enim unquam sua

carnem odio baber

sed nutrit, & souer-

eam, sicut Christo

Ecclesiam ex Pau-

lo ad Ephe. cap. 5.

& habetur in c. non

estimemus 13. q. 2.

parezca algún defecto de los contenidos en las dichas constituciones, sea el electo repelido en qualquier tiempo que se sepa por el Rector, ó colegiales del dicho colegio: y es nuestra voluntad de obligar, y obligamos al tal colegial electo, siendo incapaz à restitución in foro conscientiae, de lo que asillevare del dicho colegio, y a lo mesmo obligamos al colegial que supiere la incapacidad, y no la manifestare.

15. Iten porque conviene á la honra de la casa que aya colegiales que lean en las Escuelas en todas facultades, mandamos al Rector, que es, ó fuere en el dicho colegio, sopena de quatro florines para la obra del dicho colegio, que auiendo personas suficientes para leer, les compella, y apremie con todas las penas necesarias que lean en todos los tiempos, que ouiere oportunidad.

16. Lo qual todo lo que dicho es, y cada vna cosa, ó parte delló, mandamosse guarde, y cumpla, como en las dichas constituciones se contiene perpetuamente con las penas en las dichas constituciones puestas, y sopena excomunion maior, so la qual dicha pena mandamos á los dichos Rectores, y colegiales, juren los dichos Estatutos juntamente cõ los otros statutos, que en la gouernacion del dicho colegio estan ordenados, al tiempo que les fueren notificados, y les agan jurar á los colegiales, que de aqui adelante fueren recibidos, con apercibimiento que se procedera contra los rebeldes en lo susodicho: en testimonio de lo qual mádamos dar, y dimos esta carta, y prouision firmada de nuestro nombre, y sellada con nuestro sello, y refrendada del Notario infrascripto, que fue fecha, y dada en la poblacion de las Huelgas cerca de la ciudad de Burgos, á quattro de Agosto de mil y quinientos y quarenta y nueve años.

*Antonius Segoniensis.*

Por mandado de su señoría Reuerendissima,

*Ioan Carrera Protonotario Apostolico.*

**FINIS.**

Anno

A NNO Domini millesimo quingentesimo octuagesimo quinto, die 24. Ianuarij, regnante in Hispania potentissima, atq; Catholica Majestate Philippi II. de Austria Regis, in sancta verò sede Romana Gregorio XIII. Pontifice Max. & in nostro insigni admodum, ac celebrissimo Collegio, Rectori Lic. Don Didaco Alderete de Haro, in iure Pontificio Cathedratico, huius celeberrimae Vniuersitatis Salmantinæ, decretum est per vniuersum collegium, vt constitutiones, & statuta ipsius collegij Typis mandarentur, vt constat ex lib. determinationum collegij) vbi fuit determinatum, vt huiusmodi statutis, & constitutionibus, & cæteris alijs ad illas conuenientibus assisteret Licentiatus D. Antonius Ramirez de Mendoza in præfato collegio Collega: Collegæ verò, qui fuerunt in hac determinatione sunt Dñs præfatus Rector, Lic. Egidius Ramirez de Arellano cathedral Primariam in iure cæsa-re possidens Ocanensi oppido natus, Licen. Hierony. de la Milla Carmonensis, Lic. Ioan. Quende Riosecanensis, & D. Lic. D. Anton. Ramirez de Mendoza Vilescusanus, seu Conchen. Lic. D. Alexander Centurion Genuensis ciuitatis. Doctor Ildephonsus Ruano Babylafontanus, necnon Canonicus Cordubensis, & Magister Ioan. de Lezcano ex ciuitate Victoriae, Lic. D. Egas Venegas Giron Grajanensis, Lic. D. Martinus Idiacaiz Azcotianus, Doct. Petrus Gomezius de Contreras Cordubensis, Lic. Arias Gago Pontuedranus, & finitæ fuerunt in prelo hæ constitutiones viuentibus prædictis, 15. Iulij denuò electis Lic. D. Anton. Venegas de Figueroa Matriti nato, & Lic. D. Thoma Ximenez Ortiz Valdile Oletano, & in sancta Romana Ecclesia suffecto de nouo. Sixto V. Pontifice Max, Sequitur rescriptum Apostolicum, quod pratici (significarunt) appellat, ad instantiani Domini Rect. & collegarum imperratum, per quod excommunicantur omnes recipientes, surripientes, vel detinentes, & occultantes bona collegij, à qua absolvi non possunt, donec integraliter satisfiant, tenoris sequentis.



\* Solet enim Cæcellaria Apostoli ca concedere huiusmodi rescriptū sub forma: significavit, quod vulgares Paulinam appellant, eo qd. Calixtus I. Pontifex, primum eō usus est, & frequētatem est à Paulo II. Ponti. Romano, & ceteris pro omni restitutione secreto facienda, seu satisfactione super quacumq; iniuria illata, etiā infamia verbali, facti, vel scripturæ, vt in c. quod dicam 14. q. 4. in cap. quidam q. 1. & tototit. ff. ad leg. Aquiliam, lex 1. s. iniuriam & lex item, s. ait Prator, ff. de iniurijs, & c. ex merito, & c. sunt plurimi, & c. deteriores 6. q. 1. vt no-

*AVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, Venerabili fratri Episcopo Casertan. salutem, & apostolicam benedictionem significarunt. \* nobis dilecti filij Rector, & scholares, Collegiales nuncupati collegij scholarium sancti Iacobi de Cuencanuncupati in Vniuersitate studij Salmantini, per bona memoria Didacum Ramirex Episcopum Conchen. dum in humanis ageret fundati. Quod nonnulli iniquitatis filij diuersorum status, gradus, ordinis, & conditionis, & dignitatis existentes, quos prorsus ignorant census, fructus, redditus, prouentus, terras, domos, possessiones, vineas, ortos, campos, prata, pascua, nemora, sylvas, arbores, arborum fructus, vini, bladi, frumenti, ordei, auene, lini, lana, siliginis, auri, argenti, monetati, & non monetati quantitates, vas a argentea, anea, stannea, cuprea, ferrea, pannos lineos, lanceos, sericeos, uestes, iocalia, annulos, lapides pretiosos, lectos, linteamina, mappas, manutergia, & alia domorum utensilia, equos, oves, vaccas, & alia animalia*

tat glos. in cap. si quis contritatus, 90. dicitur notatur que in c. de occidētis 23. q. 5. & 45. dicitur & datur predictum rescriptum pro dannis ratione iniuria patri profilio, dummodo sit in potestate, & viro, vel sponsō pro uxore aut pro sponsa, nō autē hoc casu dabitur ē contra, daturque etiam heredi propter damnata defuncto ex s. patitur inst. de iniurijs, notat Doctores in cap. olim, & c. 1. de iniurijs, nonissimē tamē propter abusum officiū Episcoporum proficis, non nisi ex causa magazia per Episcopūm examinanda possint concedi ex Trid. ses. 25. c. 3. quod vulgus processus rebus appellabant, que an valeret, erat dubium propter c. Romana, s. causant de sent. excommunicac. in 6. lata tamen vallet arg. c. 21. eodem tit. in anti. vbi Host. vers. cum in diecisi practicām ponit. Quid autem si iniuriatus, seu damnicatus reniteretur recipere moderatam satisfactionem, & rationabilem? Videlicet host. in sumnum 62 de penit. Quid autem si iniuriatus facta clericu suo, an possit dari Episcopo, praeformatum rescriptum? licet nunquā viderim, crederem, posset etiam, si esset dissimilata per clericū ex c. parochianos de sent. excomm. notatur in c. si diligenter de fato competenti.

**animalia, libro rationum, contractus, instrumenta, obligaciones, cedulas, quitantias, testamento, scripturas publicas, & privatas, protochola, & alia documenta, debita, credita, legata, mutua, deposita, iura, iurisditiones, pecuniarum summas, ac alia diuersorum generis, & qualitatibus bona mobilia, & immobilia in diuersis ciuitatibus, terris, oppidis, castris, villis, & locis, existentia, & consistentia, ac etiam per dictum Didacum Episcopum dicto collegio electa, seu dum in humanis ageret concessa, & ad dictum collegium propterea, vel alias quomodolibet legitimè spectantia, & pertinentia temere, & malitiosè occultare, & occultè detinere presumunt, non curantes ea prefatis significantibus exhibere in animalium suarum periculum, & dictorum significantium non modicum detrimentum, super quo dicti significantes apostolica sedis remedium implorarunt. Quo circa fraternitatem tua per apostolica scripta mandamus, quatenus omnes huiusmodi censum, fructuum, litterarum, scripturarum, pecuniarum summarum, & aliorum bonorum predictorum detentores occultos ex parte nostra publicè in Ecclesijs coram populo per te, vel alium, seu alios moneas, ut infra competentem terminum, quem eis præfixeris, ea prefatis significantibus à se debita restituant, & reuelent, ac de dannis, & iacturis debite satisfaciant. Et si id non adimpleuerint infra aliū competentem terminum, quem eis ad hoc duxeris præfigendum, ex tunc in eos generalem excommunicationis sententiam proferas, & eam facias ubi, & quando expedire videris, usque ad satisfactiōnem condignam solemniter publicari. Data Roma apud sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominica, millesimo quingentesimo quadragesimo septimo, Kalendis Februario P̄tificatus nostri Anno septimo.**

**FINIS.**

## SEXTVS ET NOVVS TOMVS.

**V**ONIAM secundum fragilitatem humanam nulla lege quantuncumque perfecta, potest circa omnes casus futuros prouideri, & semper sit necessaria noua legum editio, tam circa bona recte gubernanda, quam circa alia determinata per Illustrissimum Dominum Fundatorem nostrum, opera precium duximus, statuta per

per nos Collegas edita, & sparsa, in hunc sextum Tomum redigere, necnon omnia alia necessaria ad collegium spectantia hic inserere: instar Bonifacij VIII. qui sextum librum Decretalium ad supplendum dispositiones Decretalium antiquorum, suum volumen composuit, in quo sub libro 6. disposita in quinque libros Decretalium Gregorij IX. declarauit, suppleuitque, & hoc nimirum, quoniam ut summus Pontifex Innocentius VIII. inquit, quod non debet reprehensibile iudicari, si secundum varietatem temporum statuta, & ordinationes quandoque variantur humanas. Quoniam ipse Deus ex ijs, qua in veteri testamento statuerat, nonnullam mutauit in novo, ideo per ordinem, & tempora posuit statuta, ut iuxta verbum psalmista, De virtute in virtutem ambulemus, Psal. 83.

**S** Almantie, Anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo tertio, die vigesimo quinto mentis Iunij, Rector & Collegae, videlicet Didacus Ximenez Maldonado Rector, Lic. Ioannes Zapata de Cárdenas, Ferdinandus Ruyz de Villegas, Franciscus Hernández, Ferdinandus de Hugarte, in collegij capella, sono campanellæ (secundum morem) vocati sequentia statuta ordinauerunt, & iurauerunt, sibi, & alijs in posterum obseruanda.

### I. Quod iocalia non commodenrur.

Primum statuimus, & ordinamus, quod iocalia omnia capella (ut eorum utilitati consulatur) extra collegium (etiam si omnium patrum consensu interueniat) commodenrur nemini, nec Rector, nec collegarum aliquis (sub poena decem florenorum) proponere hoc audeat in capella.

### II. Rector ante finitum officium faciat prouisiones.

Item statuimus, quod Rector ante Rectoratus finitum officium prouisionem tritici, vini, carbonis, sebi, & aliarum rerum tempore congruo (poena decem florenorum non facienti imponenda) facere, & domi reponere teneatur, quam poenam primus successor, a festo Lucæ usque in diem epiphaniae, si non exequatur, teneatur in duplum.

Y al señor Rector que confinare, & se compre fiado para el colegio, pone el Consejo pena de diez mil maravedis en la visita que hizo D. Luis Fernández de Cordera, num. 5. esto entrando el caso, que el colegio tengadíneros proprios.

*III. Collegae quod incedant bini, & bini.*

*Limita in festiuitatis principibus parochis, & monasterij, ubi multitudo populi congregatur.*

Item, quia aliter & honestati, & authoritati collegij, & Collegarum detrahitur, statuimus non aliter, ( nisi parochiale Ecclesiam, aut scholas, diuumvē Augustinum adeuntes) quam bini & bini incedant collegae; poterunt vero nec bini equitare ciuitatem perambulantes, & si publicum officium alicui collegarū obtineri contigerit, vel si maluerit etiam cum iuniori collega matricem Ecclesiam, vel iudiciorum locum, vel alium quemlibet de licentia Rectoris adire, alias priuationem decem dierum à portione mensæ frangens sentiat, & ad locum iudicij, si maluerit, equitando vacat, dum tamen ex equo, vel mulla nullibi descendat.

*IV. Nullus prandeat extra Collegium.*

Item statuimus, quod Collegarum nullus, nec ipse solus, nec cum alio associatus, extra collegium, intra urbis confinia, aut prandeat, aut cœnet inuitatus, nisi in monasterio, aut in Praelati alicuius domo, petita Rectoris & obtenta licentia, qui contrarium præsumperint a portione mensæ per duos menses priuentur.

*V. Non detur licentia absentanti sine fidei iussione.*

Item, ne domus (debitis non solutis) detrimentum patiatur, statuimus, quod si collegam aliquem extra Ciuitatem iter arripare Rector sciat, eidem licentiam non prius impariatur, quam prestatia fidei iussoria cautione, quale quale debitum existat, contraria, si Rector fecerit, pro quantitate debiti teneatur, nec verum debitorem etiam præstando liberetur, & die D. Iacobi omnes soluere, aut pignora deponere teneantur sub poena priuationis collegij.

*VI. Quod nullus possit esse opositor cathedra ante capella nominationem.*

*Vide cap. 19. tom. 3. & cap. 20. & ibidem notam. 7.*

Item & honori, & concordiae collegarum consulere volentes, statuimus, quod cathedra vacante aliqua, si collegae plures simul eius oppositionem prætendant, Rector, & collegae, vel eorum

rum maior pars sufficientiorem eligant oppositorem, cui alijs favorem praestent, & suffragia: si vero unus tantum existat, non possit oppositionem exequi, antequām oppositor nominetur ab eisdem.

*VII. Antiquior potest obtare informationem admittendorum.*

Item, quia congruum, & rationabile est, ut in aliquibus honor collegij deferatur antiquioribus, statuimus, quod collegarum antiquior ( antiquorem appellamus habentem priorem vocem in capella) quamlibet admittendorum informationem possit sibi eligere faciendam, nisi aliter duobus ex tribus collegij partibus vilum fuerit.

*VIII. Quod semel contra dictum est, amplius non proponendum.*

Item, quia sine causa variatio iure reprobatur, statuimus, quod si aliquid gratiae semel propositum contradicatur in capella, iterū proponatur nunquam, nisi velit, qui proposuerit à portione mensæ triginta die rum priuationem incurrire.

*Ita fratres ejus apud Ciceronem, tit. 3. d. 8. 66. ibi, nec plusquam de singulis rebus semel consulunt.*

*IX. Quod expensa informationum ante receptionem Collegarum percipiuntur.*

Item statuimus, quod Rector ante collegarum, vel capellano rum receptionem sub iuramento, informationum expensas omnes, vel ab eisdem percipiat, vel pro eis pignoribus auri, vel argenti incumbat: aliter enim sciat se in solidum soluturum, nec vero præstito debitore liberati, quæ pignora intra duos menses nouiter recepti teneantur liberare, vel soluere; alioquin suffragio capellæ interim priuentur, & votum, aut eius vox facta prōnihilō habeatur.

*Conformatum res auecuse estatatio por cap. de visita, 2. quaderno. n. 17.*

*X. De visitatione quolibet anno facienda in locum de Silleros.*

Item, quia ratione, & experientia vtile, & necessarium esse compertum est, statuimus, quod quolibet anno Septembri, vel octobri

Octobri, duo ex collegis nominentur, ex antiquioribus alter, alter vero iunior sit, qui ambo oppidi medietate de Silleros adeant, & visitent fundos perambulantes omnes, sint ne ijdem possessionum limites loco, longitudine, ac latitudine inspecientes, mutatosque reflectant, atque si necessarium fuerit, quaternis lapidibus signent, qua antiquus times collegij praedia ab alijs distincta demotrabunt: de quibus omnibus fidem collegio faciant redeentes, semper dum fieri possit, eligatur collega iunior huiusmodi rei inclusus, ut omnibus in posterum pateat.

**XI. A signatio camerarum capellanorum.**

Item statuimus, & ordinamus, quod in parte theatri laeta post lapides scalae ascensum, duæ cameræ in ordine primæ sint perpetuis temporibus capellaniis assignatae, sublata omnino aliarum cameralium optione. In quorum omnium confirmationem dictus Rector, & predicti collegæ omnia dicta statuta solemniter iurauerant, se obseruatos, facturosque ab alijs obseruari, & in hiis fidem proprijs nominibus signauerunt.

Diego Ximenez  
Maldonado Rector.

Fernan Ruiz de Villegas  
Prior de Comarruas.

Franciscus  
Ferdinandus.

Licentiatus  
Zapata.

Ferdinandus  
de Huarte.

**S** Almantice anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo quinto, die decimo septimo Januarij mensis Rector, & collegæ, videlicet Didacus de Espinosa Rector, Licentiatus Joannes Zapata de Cardenas, Franciscus Ferdinandus, Ferdinandus de Huarte, Franciscus Briceño, Tellus de Aguilar, Didacus de Trillo, Magister Stephanus de Muro in collegij capella sono campanellæ secundum morem vocati statutum sequens ordinauerunt, & iurauerunt sibi, & alijs in posterum obseruandum.

**XII. De cubiculis non ornandis.**

Cum

Cum de intentione Fundatorissit pauperibus subuenire, ut collegij statuta demonstrant, & cum ad philosophandum semper obstatere diuitiae, precipue, quod non in pompa, seu apparatu collegarum studium, sed in labore, & solertia consistat, statuimus, & ordinamus, ut nullus collegarum, capellanorum, seu familiarium tam existentium, quam admittendorum in cubiculo, seu cameris peristromatibus, vel aulæis parietes ornare valeat, nec aliquid quidquam ornatus causa suspendere: quod etiam in cortinis, seu pavimento lectilocus vendicet, taliter, quod sola cultrata, vel panno lectu cooperiatur: si ianuarum velis uti voluerint, possint ex panno puniceo, quo collegiales vestiuntur, antepueratas (ut ita dicam) facere, mensa quaque in camera existentes aliqua supelleatile, coopertas libere liceat. Contra venientes vero ultra periurij reatuni, quem se nouerint incursum, per mensem à portione mensæ priuentur, crescente vero contumacia Rectoris arbitrio donec defistant, puniantur.

**Didacus de El Licenciado F. Hernandez  
Espinosa Rector. Zapata. De Lienana.**

**Huart. Francisco Tello de Diego de El Maestro  
Briceño. Agilar. Trillo. Mur.**

a Qui postea Praeses supremi Confessio Card. & Episc. Seguntin. effectus fuit, atque Inquisitor Generalis. Obiit die 5. mensis Septembbris, an. 1571 hora 11. ante mediem.

**XIII. Absens non nisi petita, & obtenta licentia ex Collegio vadat.**

Nullus Collega, vel capellanus se absentet, nisi personaliter per se ipsum, vel collegam a Rector, & consiliariis, vel maiori parte ipsorum licentiam petat, & obtineat, & quousque concedatur, iter non arripiat: possit tamen interposito collega, vel capellano, & non alio licentiam petere, sed tunc prius ei constare debet, quod licentia est petita, & obtenta, quam iter arripiat sub pena, quam ponit constitutio decima quinta, tertij tom. Quam poenam incurrat etiam Rector, si predicto modo licentiam non petierit, & obtinuerit a consiliariis, quorum consiliariorum aliquo deficiente, vel si aliqua causa notoria ab eo peti non potuerit, ab uno ex duabus antiquioribus collegis petatur, & obtineatur modo predicto, alias autem nulla, inanis, & irrita sit licentia, & dies quo

quo se absentat collega, manu Rectoris scribatur: dies vero, quo redit, manu redeuntis, quae paulo inferius Rector subscribat.

#### XIV. Vota secreta dentur.

Circa approbandas informationes praetendentium esse collegas, capellanos, vel familiares, & circa alia tangentia personas in collegio existentes semper suffragium praestent omnes secrete per schedulas, & cui suffragium dederit, nullus reuelet, antequam omnes suffragium immiserint, si quis ante id reuelauerit, poena vni aurei, vel Rector aliter suffragia permiserit, poena decem aureorum teneatur, pro qualibet vice, operibus domus veraque applicanda.

#### XV. Tempus absentia familiarium.

Nullus familiaris se abscentet, nisi per duos menses continuos vel interpollatos, quolibet anno, petita, & obtenta licentia a Rectori: ex causa vero urgente prolixius tempus concedatur de consensu maioris partis capellae, non alias.

Hodie autem si absentia ex iusta causa sit prorogata, & familiaris intra tempus prorogatum ad collegium non redeat, tunc ipso facto sunt exclusi absq; aliqua declaratione per collegium facienda, vt constat ex determinatidice collegij, die 24. Feb. anno 1574. ut habetur in lib. determinationum collegij pag. 55. Hoc casu videnda est alia determinatio facta 25. die Feb. an. 1574. ubi per omnes fuit iurata, pag. 55.

#### XVI. Officiales Collegij qualiter sint repellendi, vel recipiendi.

Rector solus interiores, vel exteriores domus officiales, vel aliquem ex eis post hac nec suscipiat, nec expellat, nisi de consilio consiliariorum, & duorum antiquiorum. Et semper quoties aliqua persona recipienda erit, quae patrimonium, & bona collegij, & tractare, vel recipere debeat; Rector intra tres dies ab eo fideiussores idoneos extorqueat, sub poena damni collegio, & collegi obuenientis ob id, quod praedictam fideiussionem non acceperit.

*El Lic. don Juan Pachecho Rector.* *El Lic. Tello de Aguilat.* *El Maestro Esteban de Mur.*

*El Lic. D. Sebastian de Ribera.* *El Licenc. Valentia.* *El Licenc. P. Ramirez.* *G. Solorz.*

*M. Juan Alonso.* *El Lic. Andres Lopez.* *Bartolome Cabrio.*

XVII.

#### XVII. Qua pena puniantur opposentes se ad alia collegia.

Statuimus preterea, & ordinamus in posterum, quod si aliquis Collega, vel capellanus, vel familiaris in collegio demorantium aliquando ad aliud collegium se opposuerit, vel collegio dimisso publice, veloculte quavis causa commotus habitum collegij ignominiosè dimiserit, pro tam graui iniuria collegio illata, & manifesta ingratitudine poenam expulsionis a collegio ipso facto incurrat, & Rector de consilio capellæ illum expellat contumeliosè per ianuam falsam coram omnibus media luce, & pro quolibet anno, quo in collegio habitaueit quousic istorum casuum soluat ratione interesse triginta millia teruntiorum, & ulterius nomine poenæ centum millia teruntiorum applicandorum operibus collegij. Factum est anno millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo, decima quarta die Martij.

*El Lic. Tello de Aguilar Vicerector.* *El Lic. Alonso Muñoz.* *El Lic. Alonso de Valencia.*

*El Lic. Pedro Ramirez.* *El Maestro de Solorzano.* *El Maestro Juan Alonso.*

*El Lic. Anton Lopez.* *Bartolome Cabrio.*

Salmanticæ anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo primo, die decima sexta Februarij Rector, & collegæ, videlicet Licentiatus Alfonsus Muñozius Rector, Licentiatus dominus Ioannes Pachecho, Licentiatus Tello de Aguilat, Magister Mur, Licentiatus dominus Sebastianus de Ribera, Licentiatus Valentia, Petrus Ramirez, Magister Solorzanus, Magister Ioannes Alfonsus in collegij capella sono campanellæ, secundum modum vocati, sequentia statuta ordinauerunt, & iurarunt sibi, & alijs in posterum obseruanda.

#### XVIII. Nullus sine Rectoris licentia adficeret, & ea, que in cubiculo fuerint posita, non extrahantur.

Statuimus

Statuimus, & ordinamus, ut nullus Collega modo in collegio habitantium, vel post hac futurorum in camera aliquod opus taceret presumat, sine expressa super hoc Rectoris licentia. Et si aliquis tenet in minori apposuerit vitreum, vel maiori linteum, vel tabulatum aliquod construi iussit, etiam si voluntarium nedum necessarium: nullo modo in aliam cameram collegij sibi optata transferre permittimus, nec extra collegium alicui donare, vel pretio alienare valeat. Quod si quis contrafecerit proprijs college expensis aliud opus simile in alterius locum Rector aedificare precepit, & careat portione mensæ per decem dies. Si tamen in camera, in quam habitaturus ingreditur inuenetur itum vitre, linteū, vel tabulatum ut camere sint decenti supellecstile ornate proprijs expensis damnum resarcire teneatur: in quo propriam Rectoris conscientiam oneramus, ut in collegiae accessu, & recessu super se, vel perfide dignum collegam prædictam cameram inuisere teneatur, sub poena priuationis mensæ per decem dies, in quam in foro conscientie incurrat, si negligens fuerit, circa supra dicta.

#### XIX. Collega moriens ad quid teneatur.

Statuimus præterea, & ordinamus, quod si aliquis collega ē vita decebat condito testamento, teneatur aliquid nomine legati, vel fideicommissi relinquere collegio, et si abiit a testato deceperit, vel condito testamento, nulla tamen facta mentione de nostro collegio, ex bonis ipsius censeatur reliqui decem aurei ducati: in cuius rei aliqualem satisfactionem, & quia volumus, ut college sint grati, & maxima charitate in finem se diligent, teneantur omnes congregati in capella die sequenti postquam certifuerint de collegiae obitu recitare integrum defunctorum officium: ut Dominus fratri nostri misereatur, & statim sequenti die audire Missam defunctorum, quæ proprijs collegij expensis celebrabitur: quam missam audire teneantur, propter missam, & recitationem officij quotidiani, nam hoc per constitutionem exoluere debemus, sub pena priuationis mensæ per octo dies, quam penam sibi, & alijs imponere teneatur Rector in foro conscientie.

#### XX. De electione oœconomi, & de eius officio.

Statuimus præterea, & ordinamus in futurum, quod Rector electus

electus, & consiliarij eligant oœconomum, ut præcipit constitutio secunda, 4. tomī, qui realiter exerceat suum officium, propterea eadem constitutio disponit. Teneatur etiam in se recipere omnes redditus, prouentus, & debita collegij petere, & hoc idem scribatur in libro, qui est in arca collegij, & anno finito reddat rationem accepti, & expensi, propterea ordinat constitutio 2. 4. tomī, & 15. 5. tomī. Quod si negligentes fuerint Rector, & consiliarii in electione oœconomi, & aliquis illorum ei contradixerit, aut accepit alias pecunias domus, & intra diem non reddiderit iuxta constitutionem 16. 5. tomī ultra pœnam in constitutione contentam incurvant omnes, & quilibet eorum per se ipso iure pœnam viginti aureorum, quos teneantur præstare domui in foro conscientie.

#### XXI. Quod empta scribantur a dispensatore; & recipiente.

Item statuimus, & ordinamus, quod oœconomus non emat vīnum, nec carbonem, nec ligna in utilitatem domus, nisi dispensator minor, qui scribat in libro sumptus ordinarij vinum, carbonem, & ligna, que emerit, & in eodem libro subscriptat apothecarius vini amphoras, quas receperit, & similiter coquus carbonis & lignorum pondera subscriptat. Quod si dispensator minor non attulerit summam vini, carbonis, aut lignorum subscriptam ab apothecario, vel coquo, ut dictum est, dispensator maior non accipiet, nec suo nomine signabit talē summam: si verò oppositum fecerit, proprijs eius sumptibus emptum sit, nec admittatur in computatione.

#### XXII. Optans informationem a capella approbetur; & de salario.

Item statuimus, & ordinamus, quod postquam aliquis collega secundum suam antiquitatem optauerit iter aliquod ad examinationum genus oppositoris alicuius, vel ad negotium aliquod collegio conueniens nullatenus possit interfacere, nisi prius fuerit a capella approbatus: quod si is, qui optauit, non fuerit probatus, eligat interior antiquitatē, qui a capella probetur. Si verò nullus inuentus fuerit, qui optet, capella eligat magis idoneum, qui sine tergiversatione aliqua iter arripiat sub pena priuationis mensæ per sex menses.

menses. Et si iter aliquod factum fuerit sine ordine supra dicto. sumptibus Rectoris factum sit: & quod factum est, nullius roboris, & momenti sit; & eodem tenore statuimus, vt sic electo, & approbato singulis diebus tribuantur nouem argentei, B. quos eroget in sumptus proprios, & eisdem iumenta conducat, quod si iuramento ad strictus iurauerit minus expendisse, collegio reddere teneatur. Et quia collegæ, qui suscipiunt generis examen recipiendorum terunt proprias vestes in aliorum utilitatem, expensis recipiendorum tribuantur illis tres aurei, si vero negotium suscepturn fuerit in utilitatem domus gratuito id faciant, & nihil illis tribuat, quia hec & multo maiora domui debent, a qua tot beneficia acceperunt.

B Postea hoc fuit alteratum, vt pro quolibet die daretur ducatus, & dimidium ( vt constat ex determinatione collegij facta 8. die Augusti 1577. Rectori Francisco Gil de Nava, in sacra Theologia Magistro, ne non cathedrali Philosophiae Moralis Regente, & consiliariis Lic. Petro de Villares, & Lic. Antonio Siluente de Cardenas, meritissimis postea consiliariis Granatenibus ) vt constat ex libro determinationis collegij, pag. 86. Fuit deinde alteratum ad decim & octo argenteos, die 14. mensis Martij, an. 1579. pag. 106. Nouissime tamen fuit extensum ad duos ducatos aureos pro quolibet die consumpto in aliqua opositoris informatione, dummodo teneatur duos famulos equitantes præcisè secum deferre, & non alias: præcipue cum hoc sit factum in honorem collegij, & collegæ, vt cum maiori honestate yadat: iniquum enim esset, vt id quod ad honorem conceditur, assumeretur ad lucrum. In negotijs vero collegij occupatus decim & octo argenteos habeat, vt constat ex determinatione collegij facta 25. die Decembris, anno 1584. pag. 161. in eodem libro, in ceteris autem hoc statutum remanet in suo robore duraturum, ab illis temporibus usque ad presentem annum 1662. paulatim auctum est per diuersa collegij decreta, donec ad quatuor ducatos argenteos peruexit, qui pro quolibet die occupationis præstantur.

### XXII. Oeconomus quid faciat.

Item statuimus, & ordinamus, quod oeconomus emi iubeat seum in anni totius utilitatem necessarium, quod velario tradatur, a quo recipiat chirographum propria manu signatum, vt clarius constare possit, quot pondera acceperit, & consumpscerit.

### XXIV. Quod hora cena, sicut hora prandij clausura seruetur.

Item statuimus, & ordinamus, vt verno tempore hora cena fore collegij sint clausæ per unius hore spatium, ne aliquis per illas egredi

egredi valeat, quia iustum est, vt hora cena sicut prandij clausura seruetur.

*El Lic. Alonso  
Muñoz, Rector.*

*El Lic. Tello  
de Agilar.*

*El M. Esteban  
de Mur.*

*El Lic. Don  
Juan Pacheco.*

*El Licenc.  
Valencia.*

*El Licenc.  
Pedro Ramirez.*

*El Lic. D. Sebastian  
de Ribera.* *El Maestro Gonzalo* *El Maestro*  
*de Solorzano.* *Juan Alfonso.*

### XXV. Capellani quo tempore gaudent prærogativa antiquitatis.

Statuimus, & ordinamus, quod licet cautum, & decisum sit capellanos huius sacrosancti collegij primum annum & dimidiū tantum nouitios esse debere in collegio, post annum vero & dimidium antiquos habendos. Hoc antiquitatis beneficium non intelligatur concessum quoad vt collegas, qui ante ipsos capellanos in collegio prius electi, & recepti fuerint, possint in consocios vocare, vt bini extra collegium ambulent. Quinimo ipsi capellani etiam anno & dimidio elapso possint ab antiquioribus collegialibus vocari ad eundum extra collegium per urbem, Idemque intelligendum statuimus in omnibus alijs ceremonijs, & observationibus, quæ de more huius sacrosanctæ domus solent, vel debent obseruari, praeterquam in illius duntaxat, in quibus prærogativa illis concessa est expressè, & specialiter collegij constitutionibus. In quorum omnium confirmationem Licen. Alfonso Nuñez de Bohorques Rector, Doctor Aluerus, Lic. Antolinez, Lic. dominus Petrus Hurtado de Mendoza, Lic. Petrus Nuñez, Costa omnia dicta solemniter iurauerunt se obseruatos, facturosque ab alijs obseruari, & in huius fidem proprijs nominibus signauerunt. Factum hoc est in collegij capella collegialibus sono campanellæ prius conuocatis secundum collegij morem, die

*Additamen, quod ex determinatione collegij capellanus non potest esse praesens in examine alicuius oppositoris ex lib. determinationum 17. Oct. anno 1579. crederemus ramen quod si non essent aliqui examinatores adesse possent ad argendum in defectum collegarum, & non alio modo.*

## Statuta Collegij Conch.

duodecima mensis Ianuarij anni millesimi quingentesimi sexagesimi sexti.

*El Lic. Alonso Nuñez*    *El Doctor*    *El Licenciado*  
*de Bohorques Rector.*    *Aluero.*    *Antolinez.*

*El Licenc. D. Pedro Hurtado*    *El Licenc. Pedro*  
*de Mendoza.*    *Nuñez de Acosta.*

Salmanticæ anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, die verò decima quinta mensis Octobris Licent. Scipio Antolinez Rector, Doctor Aluero, Lic. Alfonsus Nuñez de Bohorques, Lic. dominus Petrus de Mendoza, Licen. Petrus Nuñez Costa, Lic. Didacus Henriquez de Vega, Lic. dominus Franciscus de Auila, Lic. Valladares, Doctor Lesaca, omnes collegæ in collegij Diui Iacobi Zebedæi capella sono campanellæ, vt moris est, conuocati sequentia statuerunt, & iuramento promiserunt, se obseruaturos, & pro virilifacturos in posterum ab alijs etiam obseruari.

### XXVI. Rector non potest optare aliquid negotium.

Principio statuimus, & ordinamus nullum Rectorem presentem in collegio, vel absentem optare posse factiōnē alicuius informationis, quæ de genere, & moribus oppositorum collegij fieri solet, & debet: neque aliud collegij negotium cuiuscumque sit momenti, in cuius expeditione ultra biduum possit à collegio absesse, & quod à collegiis omnibus, vel à maiori parte nominari, neque eligi valeat ad prædicta, præterquam ad visitationem oppidi de Silleros, quod collegium habet, nam hanc & optare, & ad eam elegi impunè potest per tempus, quod necessitas exposcerit; si vero contrà factum sit, ab ipso Rectori nullum sit ipso iure, neq; illi vlla fides adhibetur, & expensis proprijs Rectoris, non collegij factum censeatur: & insuper viginti ducatis aureis Rector, & collegiales collegio applicandis mulcentur.

### XXVII. De informationibus oppositorum nullibi dandis sub pena, & quando possint dari.

## Sextus, & nouus Tomus.

Rursus statuimus, & ordinamus, origine nullum informationis semel in arca forti, sive archiuo collegij repositum, sive antequam reponatur alicui collegæ præsenti, absente, vel recedētu, etiam instanter petenti nullo modo detur: exemplar verò, sive transsumptum ad petitionem ipsius partis non alterius ex prædicto originali desumi valeat, & dari ipsi parti. Dum tamen priusquā transcribatur, Rector, & collegiales certi sint prædictam informationem approbatam fuisse in capella, & in ea contentum esse ad honorem, & commodum petentis, neque quidquam esse, quod collegio, vel parti petenti possit esse dedecori; contra facientes ducentis ducatis aureis multentur collegio applicandis: ad quam pœnam in foro conscientiæ teneatur quilibet ipsorum.

### XXVIII. Clavigerū cui debet clauem tradere, vel non.

Prætereā statuimus, & ordinamus, quod nullus collega, vel consiliarius, seu capellanus præsens, vel abesse, desiderans ad quē custodia alicuius clavis arcæ fortis, sive archiui pertineat, non tradat prædictam clauem Rectori etiam petenti, sed collegæ in ipsius locum successuro, ad quem illo absente secundum constitutiones collegij illius clavis custodia pertineat: qui verò Rectori tradidit, punitus sit viginti aureis numis in foro conscientiæ collegio soluendis.

### XXIX. Qualiter non datis habilibus eligatur Rector.

Postremo statuimus, & ordinamus, quod si aliquando constitutionibus collegij tres non reperiantur habiles, tunç ex omnib; collegialibus, dempto antiquo, Rector, & consiliarijs, elegantur tres, & super illos mittatur sors, & ille erit Rector, super quem de illis forscederit: aliter verò facta Rectoris electio irrita sit, & nullius momenti ipso iure: in quorum omnium fidem Rector, & collegiales prædicti se proprijs nominibus subscripserunt.

<i>El Lic. Antolinez</i>	<i>El Doctor</i>	<i>El Lic. Alonso Nuñez</i>
<i>Rector.</i>	<i>Aluero.</i>	<i>de Bohorques.</i>
<i>El Lic. D. P. Hurtado</i>	<i>El Lic. Pedro</i>	<i>Iuan Sarmiento</i>
<i>de Mendoza.</i>	<i>Nuñez Dacosta.</i>	<i>de Valladares.</i>
<i>Diego Enriquez</i>	<i>El Lic. don</i>	<i>El Doctor</i>
<i>de Vega.</i>	<i>Francisco Danila.</i>	<i>Lesaca.</i>
		<i>Salman-</i>

Salmanticæ anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo secundo, die octaua mensis Augusti Rector, & collegæ, videlicet Lic. Augustinus Mendiola Rector, Lic. Didacus Henriquez, Lic. Ioannes Sarmiento de Valladares, Doct. Ibañez, Lic. don Franciscus de Cuaçola, Lic. Petrus de Villares, Magister Frãciscus Gil, Lic. Petrus de Castro, Lic. Antonius Siluente, Lic. Ioánes Gorriornero, Doctor Castro, in collegij sacello sono campanellæ pro more vocati, sequens statutum iuramento confirmatum sibi, & alijs in posterum obseruandum edixerunt.

*XXX. Clavigeris archivii quid facere debeat.*

Statuimus, & ordinamus, quod collega semel aperiens propria  
clave archivum teneatur claudere, antequam de cubiculo Recto  
ris redditurus, vel non redditurus discedat sub pena priuationis por  
tionis collegij vnius anni.

**XXXI.** *Quod absens possit votum suum alteri relinquere*

*a. Hodie autem  
commissione ferendis  
suffragium per ab-  
sentem non extendi-  
tur ultra quadri-  
mestre singulis an-  
nis ex quacumque  
causa sit absentia,  
sive sit continua,  
sive interposita ex  
declaratione capel-  
lae Decis. 22. die  
Augusti anno 1577  
quae reperitur in li-  
bro determinatio-  
nium collegij.*

randa abesse contigerit; ipse iusfragium, cui libuerit de collegio,  
possit relinquere, vel absens<sup>a</sup> mittere, dummodo id constet chi-  
rographum propria eius manuscriptum, atque subscriptum, neq;  
tamen libitum est, ut ad omnia, quæ à Dño Rectore decernenda  
proponuntur præsens collega suffragio sibi relicto vtatur: sed tâ-  
tum ad electiones collegarum, capellanorum, & familiarium, op-  
tiones quoque quoruncumque itinerum, & opositionum cathe-  
drarum, & præbendarum extra collegium, eidem verò plura suf-  
fragia relinquendo concedimus, dummodo vnuquisque uno tamen  
ex relictis suffragetur, reliqua verò, quibus libuerit, poterit imper-  
tiri, si substituendi clausula apposita sit, in chirographo sibi relic-  
to. Quod si collega in propriam, vel collegij utilitatem discedens  
suffragium nemini reliquerit, collegium illum certiorem facere  
non teneatur.

*El Lic. Agustín de Mendiola Rector. El Lic. Diego Henríquez de Vega. El Doctor Juan Ibáñez. El Lic. Don Francisco de Cuazola.*

*El Lic. Pedro de Villares.*    *El Maestro Francisco Gil de Nava.*    *El Lic. Juan de Coronero.*    *El Lic. Antonio Silvante.*

# SEQVITVR BVLLA APOSTOLICA;

QVÆ A PRACTICIS PROCES SVM  
fulminatum appellatur, qua collegium poterit eligere quoscumque iudices executores Bullæ collegij vigore clausula (CÆTERVM)  
absque eo quod teneatur practicè collegium comparere, aut litigare coram iudicibus designatis in eadem Bulla executoria, qua inserta est  
in Bulla graticosa collegij, quam impetravit Lic. Dominus Antonius  
Ramirez de Mendoza, eiusdem collegij collega propter difficultatem,  
& laborem, & expensas, qua sequerentur, si collegium adiret coram  
prefatis iudicibus in Bulla graticosa conientis ad litigandum: qui  
scilicet sunt Archiepiscopus Toletanus, & Episcopus Segouiensis, &  
Oxomensis.



**IERONYMVS** Matthæus Prothonotarius Apostolicus, iuris utriusque Doctor, caularum Cameræ Apostolicæ generalis auditor, & archiui Romani. curie Corrector, eiusdemque Romanæ curiæ Iudex ordinarius, ac quarumcumque litterarum apostolicarum, necnon sententiatarum, & censuratum in Româ. curia extra eam latarum vñuersalis, & merus exequitor per sanctissimum Dominum nostrum Papam, & sanctam Se- dem Apostolicam specialiter deputatus, necnon iudex, & executor ad infra scripta etiam specialiter assumptus, VNIVERSIS, singulis Reuerendis. ac Reue- rendis in Christo Patribus, & Dominis Dominis Dei, & Apostolica Sedis gratia Patriar- chis, Archiepiscopis, & Episcopis, corumque, & cuiuslibet ipsorum in spiritualibus, & temporalibus Vicarijs, seu officialibus generalibus, ceterisque locorum ordinatijs, & Prælatis, ac Abbatibus, Prioribus, & conuentibus, necnon tam Collegiatum, quam Cathederalium, etiam Metropolitanarum Ecclesiârû, Capellanis, & Canonicijs, ac & qui- busuis dominis Iudicibus, & iudicentibus tam secularibus, & laicis, quam Ecclesiasticis quauis autoritate, & potestate fungentibus, & functuris, eorumque loca tenentibus, omnibusq; alijs, & singulis, quorum interest, intererit, aut interesse quoque infra scrip- tum tangit negotium, seu tangere poterit quomodolibet in futurum. Et denique vnuer- sum inspecturis, lecturis pariter, & audituris quibutcumque nominibus censeantur, aut quacumque præfulgeant dignitate salute in domino, & præsentibus fidem adhibere indubia, ac noscîs huiusmodi imò vérius apostolicis firmiter obedire mandatis litteras apostolicas felic. record. Adriani papæ VI. seu vérius earum sumpsum ex registro Bulla- rum secretariæ apostolicæ in rotulo papyri albæ scriptum, & à Reuerendo Patre Domino Pirro Iaro Prothonotario, & Secretario apostolico collationatum, & eius manu subscrip- tum, ac sigillo collegij Secretariorum Apostolicorum in cera rubea a tergo eiusdem ro- tuli filo albo circumligati impresso munitum, & alias debite more Romanæ curiæ expe- ditum tunc clausum, & per nos, seu per infra scriptum Notarium nostrum scilicet dicto fi- lo apertum saum siquidem & integrum, non vitiatum, non cancellatum, nec in aliquo sui parte suspectum, sed omni proflus vitio, & suspicione carens, vt in eis, seu eo prima facie apparebar, nobis pro parte insignis collegij dudum in ciuitate Salm. abo, me. Didaco olim Episcopo Gôch. fundati, & Reuerendorum, & nobilium, ac Magnificorum illius collegialium præsentium in litteris Apostolicis, vel illarum sumpcio huiusmodi principi- liter nominatorum præsentatas, seu præsentatum, nos cum ea, qua decuit reuerentia, re- cepimus huiusmodi tubenore a tergo, siquidem dicti sumptu, seu illius rotuli in eius capite prope, & infra sigillum præfatum scripta erant haec verba, videlicet Pro Reuerendo P- Dño Didaco Episcopo Cônchen. ex lib. primo diuersorum Dñi Adriani Papæ VI. folio 73 Intus verò sic in margine, scilicet 1. Hesius, & deinde hoc modo, &c. ADRIANV Episcopu

Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, sollicitè considerationis  
Indagine perscrutantes quām pretiosuarū sapientiæ, & scientiæ donum magno deside-  
rio duciuntur, vt litterarum studia, in quibus perlectionis exercitium diuina cooperante  
gratiā laudanda acquiritur scientiæ margarita, vñlibet incrementa fulcipient, ac fortius  
inualecant. Et vt id fœliciter subsequi possit, personarum nobis, & Apostolici fauoris  
Iusfragium propensius impartiatur. Sane pro parte venerabilis Fratris Didaci Episcopi  
Conchensis, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod ipse de propria salute cogitans,  
ac terrena in coœlestia, & transitoria in æterna fœlici commercio commutare cupiens,  
pro diuini cultus, ac virorum eruditorum, ad quos singularem gerit affectum augmen-  
to, & fidei catolicae propagatione in ciuitate Salmantina: in qua insignis Vniuersitas  
& Studium generale vigere dignoscitur: in loco ad hoc congruo, & commodo vnum  
collegium pro decenti iocholariū numero, de quo sibi videbitur inibi litterarum sacrae  
Theologiae, Decretorū, & aliarum liberalium artium studio operam dare volentium,  
educando cum domo, cameris, & alijs necessarijs officiis de bonis tam Ecclesiasticis, quā  
alijs sibi à Deo collatis, fundare, ac construere, & ergi facere summopere desiderat, si sibi  
ad id Apostolicae sedis authoritas Iusfragetur. Propter quod iam in ipsa Ciuitate domū  
vnam, in qua duodecim scholares expensis suis degunt, proprijs pecunijs emit. Quare pro  
parte ipsius Didaci Episcopi nobis fuit humiliiter supplicatum, vt sibi in dicta Ciuitate  
vnum collegium pro decenti numero iocholariū, vt prefertur, construi faciendi, ac fun-  
dandi, & ergendi licentiam concedere, ac alias in præmissis oportunè prouidere de be-  
nignitate Apostolica dignaretur. Nos igitur, qui dudum inter alia volumus, quod semper  
in vñionibus communis fieret ad partes vocatis, quorum intereste, laudabile dicti  
Didaci Episcopi præpositum huiusmodi plurimum in Domino commendantes ipsum Di-  
dacum Episcopum, Qui etiam Prelatus domesticus, & continuus commensalis noster existit:  
a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sen-  
tentijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latissimis, si quibus  
quomodolibet ianodatus existit; ad effectum duntaxat præsentium consequendum  
harumterie absoluentes, & absolutum fore cententes. Huiusmodi supplicationibus incli-  
nati, eidem Didaco Episcopo vnum collegium, seu vnam domum collegiale pro nume-  
ro iocholariū vigiati, aut quotquot sibi videbitur ibidem commoratorum, & in littera-  
rum studijs educandorum, vñ, & habitatione cum cameris, & officiis, ac alijs necessa-  
rijs ædificijs, & collegialibus insignijs & sine aliquius præiudicio construi, & ædificari fa-  
ciendi, ac fundandi, & ergendi, neenon quoad vixerit, pro fœlici statu, regimine Ma-  
gistrorum, Rectorum, Doctorum, & iocholariū dicti ergendi collegij quæcumque tam  
per quos ipsum ergendum collegium regi, quām quales personæ, & in quibus facultatib-  
us studentes inibi, recipi, & qui eos præsentare, seu recipere, & admittere, ac qui eiusdem  
collegij patroni esse, & quæ sic recipi, ac illius Magistri, Rectores, & Doctores pro tem-  
pore existentia obseruare; neenon quæ emolumenta, & conmoditate inibi habere de-  
beat, & alia cuiusvis generis statuta, ordinationes, & constitutiones laudabilia, & honesta,  
ac sacris canonibus non contraria, faciendi, & edendi, ac facta, & edita, prout sibi, vel  
per eum nominando, & deputando pro eorundem Magistrorum, Rectorum, Doctorum,  
& iocholariū salubri, & laudabili dilectione vñsum fuerit expedire, murandi, limitandi,  
interpretandi, quassandi, & alia de nouo tempore, & personarum qualitatibus id exigen-  
tibus faciendi, illaque sub censuris, & pœnis Ecclesiasticis, vel alijs perpetuis futuris tem-  
poralibus obseruari mandandi. Neenon omnibus, & singulis Magistris, Rectoribus, Do-  
ctoribus, & iocholariis in dicto collegio pro tempore commorantibus inibi legendi, stu-  
dendi, & ad quoscumque gradus quaruncumq; facultatum in ipso collegio per idoneos  
ab ipso Didaco Episcopo deputandos, promouendi, plenam, liberam, & omnimodam,  
authoritate Apostolica tenore præsentium, licentiam, & facultatem concedimus. Et in-  
super quām primum parochiale in Ecclesiam de Villanueua de la Xara Conchensi, dicēces.  
per cellum etiam ex causa permutationis, vel decessum, seu quamvis aliam dimissionem,  
vel amissionem illam nunc obtinentis, aut alias quovis modo etiam apud sedem Aposto-  
licanam vacare contigerit, ex nunc prout extunc, & è contra, medietatem omnium, & sin-  
gulorum illius fractum, reddituum, & prouentuum, qui quingentorum ducatorum auri  
de camera secundum communem estimationem, volorem annuum ( vt dictus Didacus  
Episcopus asserit ) non exceedunt, ab eadem Ecclesia separantes, & dimembrantes illam  
in quoq; 87

collegio huiusmodi, post quām illius ædificia construi cœpta, licet nondum completa  
fuerint: pro illius manutentione, & personarum eiusdem sustentatione, autoritate, &  
tenore prædictis perpetuo applicamus, & appropriamus. Ita quod licet Rectori, & iocholariis  
dicti collegij pro tempore existentia per se, vel per alium, seu alios medietatem  
fructum, redditum, & prouentum huiusmodi propria autoritate libere exigere,  
percipere, & leuare, & in suos viros, & utilitatem conuertere. Dicēcesani loci, & cuiusvis  
aterioris licentia minime requisita. Et inlupet tam Magistris, Rectoribus, Doctoribus, &  
scholaribus præfatis, quām inibi pro tempore promotis: vt omnibus, & singulis priuile-  
gijs, indultis, libertatibus, iuribus, exemptionibus, immunitatibus, prærogatiis, & ho-  
noribus, quibusvis in S. Bartholomæi dictæ ciuitatis Sancte Crucis, ac S. Gregorij oppi-  
di Vailis-Oleti Palentia, dicēces, ac quibusvis alijs collegijs, & yniuersitatibus, pro tem-  
pore degentes, & studentes, Magistris, Rectores, & Doctores, & iocholares, & in illis ad  
quoscumque gradus quatumcumque facultatum promoti etiam apostolica, aut imperia-  
li auctoritate suffulti vntunt, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poterunt  
in genere, vel in specie, quomodolibet in futurum pariformiter, & absque vlla penitus  
differentia in omnibus, & per omnia vti, potiri, & gaudere: neenon vt ipi Magistri, Do-  
ctors, & iocholares, etiam clerici, & presbyteri leges, & iusta ciuilia, ac physicam ad quin-  
quennium duntaxat legere, docere, & audire ( si eidem Didaco Episcopo videbitur ) li-  
bere, & licite valeant, eisdem auctoritate, & tenore perpetuo indulgemus. Quo circa  
venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopo Toletano, & Segouensi, ac Oxomensi. Er-  
pitcopis per Apostolica scripti mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vni eorum per se,  
vel alium, seu alios præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque vbi, & quando opus  
fuerit, ac quotiens parte Didaci Episcopi, ac Magistrorum, Rectorum, Doctorum, & scho-  
larium prædictorum, seu alicuius eorum delupet fuerint requisiti solemniter publicantes  
eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistē, faciant auctoritate nostra con-  
cessionem, dismembrationem, separationem, applicationem, appropriationem, & in-  
dultum huiusmodi firmiter obseruari, ac singulos, quos præsentes concernunt, illis paci-  
ficè gaudere non permittentes eos desperare per quoscumq; quomodolibet indebitè mole-  
stari contradictores auctoritate nostra appellatione postpolita compescendo non obstante  
tibus voluntate nostra prædicta, & quibusvis alijs Apostolicis, necnon in provincialibus,  
& synodalibus Concilijs editis generalibus, vel specialibus constitutione, & ordinatio-  
ne, ac quibusvis specialibus, vel generalibus reservationibus etiam mentalibus, expectatiis,  
& alijs gratijs, vñionibus, annexionibus, & incorporationibus perpetnis, vel temporali-  
bus, suppressionibus, alijs applicationibus absque consensu, & causa onerosa, accessibus,  
& regressibus, ac coadiutorum deputationibus, nominationibus, facultatibus, litteris,  
mandatis, concessionibus, & indultis etiam cum prouisionibus, etiam ex tunc, prout ex  
ea die, & è contra quibusvis personis cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel  
conditionis existē, etiam familiaribus nostris continuis commensalibus, etiam antiquis  
& pro tempore descriptis, & alijs quacumque etiam Episcopali, Archiepiscopali, vel alia  
maiore etiam cardinalatus honore, seu ducali, tegali, imperiali, aut alia maiore dignita-  
te, auctoritate, & excellentia fungentibus, aut in eorum, seu Ecclesiarum, monasteriorum,  
mensatum, seu vniuersitatum, etiam studiorum generalium fauorem etiam Impe-  
ratoris, Regum, Reginarum, Ducum, & aliorum principum contemplatione, & intul-  
tu, aut remuneratione, laborum, & obsequiorum, etiam nobis, & dictis sedi in pensorum,  
aut in recompensam iurium cessorum, vel ablatorum, seu etiam ex quibusvis alijs etiam  
quantuncumque maxis ex cogitabilibus causis sub quibusvis formis, & verborum expre-  
sionibus, ac quibusvis antelationibus, suspensionibus, restitucionibus, declarationibus, &  
alijs efficacissimis, & insolitis clausulis, etiam talibus, quod illa nullatenus, aut non nisi  
sub certis modo, & forma in eis contentis suspendi possint, irritantibusque: ac quod illa  
ex tunc vere, & non fictè effectum fortia sunt illis, quibus concessa sunt, ius in re quesitu  
sit, illique beneficio regulæ de non tollendo ius quæsumum gaudere, ac gratia ipsa inter-  
eos, & nos, & sedem eandem vim initi contractus habere debeant pernos, & sedem ean-  
dem etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de apostolicae potestatis plenitudine etiā  
consistorialiter in genere, vel nominatim in specie concessis, hastenus, & in posterum cō-  
cedendis, quas, & quæ, eorumque omnium vim, & effectus, quoad hoc omnino suspen-  
dimus,

dimus, ac in vacacione Ecclesiae huiusmodi effectum sortiri, aut locum sibi vendicare non posse, neque debere decernimus contrarijs quibuscumque, aut si aliquibus communiter, vel diuiniſi a dicta sit sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plesiam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & quibuslibet alijs priuilegijs, indulgentijs, & litteris apostolicis generalibus, vel specialibus quotuncumque tenorum existant, per quae presentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus earum impedire valeat quomodo libet, vel differri, & de quibus quoruncumque tenoris tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Nos enim dismembrationem, separationem, applicationem, & appropriationem huiusmodi sub quibusuis reuocationibus, rationib⁹, & applicationibus per nos, aut fedem prædictam pro tempore factis, nisi de illis cum totali presentium insertione specialis, specifica, individualia mentio facta fuerit, minime comprehendens, nec reuocatas esse, nec illis per quacumque concessiones, seu constitutiones, vllatenus derogatum censeri: sed semper ab huiusmodi reuocationibus, & derogationibus exceptas existere, & illeſas, ac in suo pleno robore perpetuo permanere. Ne non ex nūc Irritum decernimus, & innane, si secus super his à quoquam quavis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ absolutionis, concessionis, separationis, dismembrationis, applicationis, appropriationis, indulti, mandati, suspensionis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Dat is Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominice millesimo quingentesimo vigesimo tertio, seprimo Kalendas Maij, pontificatus nostri anno primo VV. de Enhemourt F. Branchius sumptum ex registro Bullarum Secretariæ Apostolice collationatum P. Iarus.

**P O S T Q V A R V M Q V I D E M** præinsertarum litterarum apostolicarum, seu illarum sumpti huiusmodi præsentationem, & receptionem nobis, & per nos, vt præmittitur factas fuimus pro parte supradictorum collegij, & dominorum illius collegialium principaliū debita cum instantia requisiti, quatenus ad executionem, seu aſſistentiam ipsarum litterarum apostolicarum, & contentorum in eisdem procedere dignaremur luxa illarū formam. Nos igitur Hieronymus Matthæus Prothonotarius, auditor, iudex, & executor præfatus attingenſi, requisitionem huiusmodi fore iustum, & rationi consonam, volentesque litteras apostolicas reuerenter exequi, & eis aſſistere, vt tenemur, idcirco auctoritate apostolica nobis concessa, & qua fungimur in hac parte, præfatas litteras apostolicas, hucque nostrum processum, ac omnia, & singula in eis contenta vobis omnibus, & singulis supradictis communiter, vel diuiniſi int̄lmannus, insinuamus, & notificamus, ac ad vestram, & cuiuslibet vestrum notitiam deducimus, & deduci volumus per præsentes, vosq; nihilominus supradictos, quibus processus noster huiusmodi dirigitur, & vestrum quemlibet insolidum tenore præsentium requirimus, & monemus primo, secundo, tertio, & peremptoriè communiter, vel diuiniſi, ac vobis, & vestrum cuilibet insolidum in virtute sanctæ obedientiæ, & sub infra scriptis sententiarum poenitentia districte præcipiendo mandamus, qua infra sex dierum spatium post præsentationem, seu notificationem præsentum, & requisitionem vobis, seu alteri vestrum factas, & postquam pro parte supradictorum collegij, & dominorum illius collegialium principalium vigore præsentum super hoc fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus immediatè sequen. quoru sex dierum duos, pro primo duos, pro secundo, & reliquos duos dies vobis viiuersis, & singularis supradictis, pro tertio, & peremptorio termino, ac monitione canonica aſsignamus eisdem collegio, & collegialibus, necnon Magistris, Rectoribus, Doctoribus, & Icholariibus supradictis diuo, quibus in præinsertis litteris apostolicis fit mentio, ac cuilibet ipforum in præmissis omnibus, & singulis in eisdem præinsertis litteris apostolicis contentis efficacis defensionis præſidio aſſistentes faciat, & quilibet vestrum faciat auctoritate nostra, imo verius apostolica, concessionem, dismembrationem, separationem, applicationem, appropriationem, & indultum huiusmodi, aliaque omnia, & singula in præinsertis litteris apostolicis contenta prædicta ab omnibus, & singulis, ad quos id quoniodlibet spectat, & in futurum pro tempore spectabit firmiter obseruari, ac collegium, & illius collegiales, necnon Magistros, Rectores, Doctores, & scholares præfatos, aliosque omnes,

omnes, & singulos, quos præinsertæ litteræ apostolicæ quomodo libet concernunt, & in fururam pro tempore concernent illis pacifice, & quiete vti, frui, potiri, & gaudere. Neque permittratis eos per quoscumque desuper quomodo libet indebitè molestari, inquietari, impediti, vel perturbari, neq; etiam vos vllatenus molesteris, inquietetis, impeditis, vel perturbatis, aut aliquis vestrū molester, inquietet, impedit, vel perturbet contradictores quolibet, & rebelles eadem auctoritate nostra, imo verius apostolica appellationibus postposita compescendo invocato etiam ad hoc, si opus fuerit auxilio brachii secularis, prout etiam ex nunc illud harum serie invocamus. **Q V O D S I F O R T E** præmissa omnia, & singula, prout ad vos, & vestrum quemlibet mandatur, non adimpleris, seu distuleritis contumaciter adimplere, mandatisque, & monitionibus nostris huiusmodi imo verius apostolicis non paruerit is realiter, & cum effectu. Nos in vos omnes, & singulos supradictos, qui culpabiles fueritis in præmissis, & generaliter in contradictores quolibet, & rebelles, ac impudentes ipsos collegium, & illius collegiales principales, vel eorum procuratorem, eorum nomine præmissis in aliquo, aut ipsos impediētibus dantes auxilium, consilium, vel fauorem publice, vel occulte, directe, vel indirecte quoquis quæſito colore, vel ingenio cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis existant, ex nunc prout ex tunc, & è contra prædicta sex dierum canonica monitione præmissa excommunicationis, in capitula vero conuentus, & collegia quecumque in his forsan delinquenti. suspensioni. à diuinis, & in ipsorum delinquentium, & rebelium Ecclesiæ, monasteria, & capellas interdicti ecclesiastici sententias ferimus in his scriptis, & etiam promulgamus vobis verò Reuerendis Patribus Dominis Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis prefatis, duntaxat exceptis quibus ob reuerentiam vestrarū pontificalium dignitatū deferimus in hac parte, si contra præmissa feceritis, seu fieri mandaueritis per vos, vel submisas personas publice, vel occulte, directe, vel indirecte, quoquis quæſito colore, vel ingenio, ex nunc, prout ex tunc, & è contra prædicta sex dierū canonica monitione præmissa ingressum Ecclesiæ interdicimus in his scriptis, si verò huiusmodi interdictum per alios lex dies immediate sequē. sustinueritis vos in eisdem scriptis simili canonica monitione præmissa suspendimus à diuinis, verum si præfatas interdicti, & suspensionis sententias per alios sex dies præfatos duodecimi immediatè sequen. animo, quod abſit, sustinueritis indurato vos ex nunc, prout ex tunc, & è contra prædicta sex dierum canonica monitione præmissa, excommunicationis sententia auctoritate apostolica supra dicta tenore præsentium innodamus. **C A T E R V M** cum ad exequitorium præmissorum vlerius faciendam nequeamus quoad præsens personaliter intereste pluribus alijs arduis in Romana curia legitime præpediti negotijs viuversis, & singulis Dominis Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, ceterisque viris Ecclesiasticis in quibuscumque dignitatibus, gradibus, vel officijs constitutis, Notarijsque, & Tabellionibus publicis quibuscumque per quascumque Ciuitatis, & Dioceſis, ac alias vblibet constitutis, & eorum euilibet in solidum super vltiori exequitione dictarum litterarum apostolicarum, & mandati nostri huiusmodi facienda auctoritate apostolica supradicta tenore præsentium plenariè comittimus vices nostras, donec eas ad nos specialiter, & expresse duxerimus reuocandas, quos nos, & eorum quemlibet eisdem auctoritate, & tenore, nisi fecerint, quo eis in hac parte committimus, & mandamus, ferimus in his scriptis distritate, & tenore requirimus, & monemus primo, secundo, tertio, & peremptoriè communiter, vel diuiniſi, ac eis, & eorum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis poena, quam in eos, & eorum quemlibet eisdem auctoritate, & tenore, nisi fecerint, quo eis in hac parte committimus, & mandamus, ferimus in his scriptis distritate præcipiendo mandantes, quatenus infra sex dies post præsentationem, seu notificationem præsentum, & requisitionem eis, seu alter eorum pro parte dictorum collegij, & illius collegialium principalium desuper factas immediate sequentes, quos dies ipsis, & eorum cuilibet pro omni dilatione, terminoque peremptorio, ac monitione canonica aſsignamus, ita ramen quod in his exequendis alter eorum alterum non expectet, nec vno pro alio, seu per alium, vel alios quoquis modo se excusat. Ad vos omnes, & singulos supradictos, quibus processus noster huiusmodi dirigitur, personaliter accedant, siue accedat, & prædictas litteras apostolicas, huncq; nostrum processum, ac in eis contenta vobis omnibus, & singulis supradictis communiter, vel diuiniſi legant, intiment, insinuant, & finiter

deliter publicare procurent eisdem collegio, & collegialibus, necnon Magistris, Recto-  
tibus, Doctoribus, & Scholaribus suoradictis, de quibus praesertis litteris apostolicis fit  
mentio, ac cuilibet ipsorum in premisis omnibus, & singulis in eisdem praesertis litteris  
apostolicis contentis efficacis defensionis praesidio assidentes faciant, & quilibet eorum  
faciat auctoritate nostra, imo verius apostolica concessionem, dismembrationem, sepa-  
rationem, applicationem, appropriationem, & indultum huiusmodi, aliaque omnia, &  
singula in praesertis litteris apostolicis contenta prefata ab omnibus, & singulis, ad quos  
id quomodolibet spectat, & in futurum pro tempore spectabit firmiter obseruari, ac col-  
legium, & illius collegiales, necnon Magistros, Rectores, Doctores, & Scholaras praefas-  
tos, aliosque omnes, & singulos, quos praesertim litterae apostolicæ quomodolibet con-  
cernant, & in futurum pro tempore concernent illis pacificè, & quiete, yti, frui, potiri,  
& gaudere. Neque permittant eos per quoscumque desuper quomodolibet indebitè mo-  
lestatari, perturbari, inquietari, vel impediri, neque illi vilatenus molestent, inquietent,  
impediant, vel perturbent, aut aliquis eorum molestet, inquietet, impedit, vel pertur-  
bet contradictores quolibet, & rebelles eadem auctoritate nostra, imo verius apostolica  
appellatione postposita compescendo inuocato ad hoc, etiam si opus fuerit, auxilio bra-  
chij secularis, prout etiā ex nunc illud harum serie inuocamus, ET GENERALITER  
omnia alia, & singula exequantur iuxta earumdem praesertatum litterarum apostoli-  
carum, & presentis nostri processus vim, formam, continentiam, & tenorem. Ita tamē  
quod dicti subdelegati nostri, vel quicumque alius, seu alij nihil in præjudicium dictorum  
collegij, & illius collegialium principalium, vel eorum procuratoris valeant auctoritate  
quomodolibet in premisis, nec in processibus per nos habitis, aut sententijs per nos latis  
absoluens. & iuspendentem aliquid immutare, in ceteris autem, quæ eisdem collegio, &  
illius collegialibus principalibus, vel eorum procuratori in premisis nocere possint, seu  
quomodolibet obesse praefatis subdelegatis nostris, & quibusvis alijs potestatem omni-  
modam denegamus, & si contingat nos super premisis in aliquo procedere, de quo no-  
bis potestatem omnimodam reseruamus, non intendimus propterea commissioneni nos-  
trum huiusmodi in aliquo reuocare, nisi de reuocatione ipsa speciale, & expressam fe-  
cerimus mentionem, praefatas quoque litteras apostolicas, huncque nostrum possessum,  
ac omnia, & singula huiusmodi negotium tangentia volumus penes dictos dominos col-  
legialium, & illius collegiales principales, vel eorum procuratorem remanere, & non per-  
nos, aut aliquem vestrum, seu quicumque alium ipsi inuitis, seu contra eorum voluntate  
quomodolibet detineri, contrarium vero facientes praefatis nostris sententijs, pro  
vt volum subiace. in his scriptis per nos late sunt dicta monitionis præmissa ipso facto-  
re. Måndamus tamen copiam fieri de premisis eam perentibus, & habere debentibus,  
perentium siquidem sumptibus, & expensis, absolutionem vero omnium, & singulorum  
qui praefatas nostras sententias, seu earum aliquam incurrerint, siue incurrerit quoquo-  
modo nobis, vel superiori nostro ratiunctummodo reseruamus. IN QVORVM omnium,  
& singulorum fidem, & testimonium præmissorum praesentes litteras, siue hoc praesens  
publicum processus instrumentum exinde fieri, & per Notarium publicum curiæ nostraræ  
scribam infra scriptum subscribi, & publicari mandauimus, sigillique dictæ nostræ curiæ,  
quo in talibus vtimur, iussumus, & fecimus appensione muniri. Dat. & actum Romæ in  
ædibus nostræ solitæ residentiæ, sub Anno à Nativitate Domini millesimo quingentesi-  
mo octuagesimo primo, inductione nona, die vero decima nona mensis Augusti, Ponti-  
ficatus sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Domini Gregorij diuina prouiden-  
tia Papæ XIII. Anno decimo, praesentibus ibidem Dominis Pompeio Antonio, &  
Pompeio etiam Valerio curiæ nostræ Notariis testibus ad præmissa vocatis specialiter,  
atque rogatis.

SEPTI-

# SEPTIMVS. ET ULTIMVS TOMVS.



DEO hic septimus. Tomus introduct⁹  
est, praesertim cum in eo compleantur fe-  
rē omnes dispositiones, & alia tangen-  
tia, ac spectantia ad utilitatem, & bo-  
num collegij, ponendo statuta antiqua,  
& nonnulla nouiora, necnon alia nota-  
bilia ad predictum collegium concernē-  
tia. Præcipue cum hunc istum nume-  
rum septennarium, Philosophi, a Poe-  
taque b Doctores, & alij se satis laudasse minime crediderint,  
atque ob huius considerationem hoc loco istum tomum constitui-  
mus.

**S**icut Almantice Anno Domini nostri 1585. Rector, atq; col-  
legæ, videlicet Dominus Lic. Didacus de Alderete de Ha-  
ro, & Lic. Hieronymus de la Milla, & Lic. Ioānes Quende  
Lic. D. Antonius Ramirez de Mendoza, & Magister Ioannes de  
Lazcano, & Lic. D. Martinus de Diazaiz, & Doctor Petrus Go-  
mez de Contreras, & Lic. Arias Gago de Figueroa, & Lic. D. An-  
tonius Venegas, & Lic. D. Thomas Ximenez Ortiz, in collegij  
capella sono campanelle secundum morem vocati, Statuta ex  
antiquioribus extracta, & alia de novo ordinata statuerunt, &  
iurauerunt sibi, & alijs in posterum obseruanda.

I. De visitatoris qualitatibus.

Statuimus, & ordinamus, quod visitator sit eiusdem qualita-  
tis, & ætatis, qua recipiendi in collegio esse debent. Tam in ge-  
nere, & ætate, quam in honestate, nec aliter recipientur, cui nul-  
lo modo obtemperetur, nisi in casibus, in quibus concessum est  
per constitutionem 12. & 13. tomi 4. nec valeat ordinare ali-  
quid in futurum contra constitutiones. Præcipue cum eius po-  
testas, & intentum consistat in inquirendo de moribus, & litte-  
ratura, & de bonis collegij, & in statutis seruatis, ut præcipit cons-  
titutio: quæ gesta, si nite ordinata fuerint, executioni deman-  
dentur,

<sup>a</sup> Macrobius de  
summo Scipi. lib. 1.  
cap. 6.

<sup>b</sup> Virg. & terque  
quaterque beati.

<sup>c</sup> Glossa fin. c. fin.  
de celebrat. Misericordia.

<sup>d</sup> Rex Alfonso in  
provincie partitaria.

<sup>a</sup> Idem erat statua-  
tum antiquum,  
anno 1553. in 10.  
die Nouemb. Rec-  
tore Andrea Lopez.  
<sup>b</sup> anno 1554. in  
11. die Nouemb.,  
Rectore Joanne Ab-  
fonso.

dentur, si vero videatur alicui grauamen inferre, obtemperetur, si ex tribus partibus capellæ duabus videatur absque aliqua applicatione.

### *II. De aetate, & qualitate familiarum.*

Statuimus prætereà, & ordinamus, quod nullus in familiarem eligi valeat, qui non fuerit egressus vigesimum ætatis annum, & qui ad minus non habuerit tres cursus in facultate aliqua, & non sit vxoratus, aut despousatus iuxta formam Concilij Tridentini, neque sit consanguineus alicuius ex collegialibus pro tempore in collegio commorantibus intra quartum consanguinitatis gradū, neque sit ex eodem municipio, & aut aliquo tempore in alicuius collegialis seruitio, aut famulatu. Quod si fuerit electus, electio nullum illi ius tribuat, sitque irrita, & innanis, & teneatur ad restitutionem victimus iuxta verum valorem, insuper collegiales, qui interfuerint electioni, multentur poena decem aureorum ducatorum collegij fabricæ applicandorum. Tantumdemque intelligatur, si fuerit electus, qui sacris maioribus ordinibus fuerit initiatus, aut si iam electus initietur, statim expellatur à collegio, nisi conueniens in collegio retineri visum fuerit duabus ex tribus partibus collegialium absentium, & præsentium.

### *III. De iuramento familiaris.*

Prætereà statuimus, & ordinamus, quod omnes familiares, & etiam coquus tempore sui ingressus iuramentum præstent iuxta constitutiones collegij, videlicet de obediendo D. Rectori, & secreto domus seruando circa ea, quæ viderint, aut audierint, aut quomodolibet sciuerint, à collegialibus fieri, & quod res domus custodient fideliter, & si ab aliquo confamiliare, vel coquo, vel alijs seruatoribus sciuerint aliqua donari, aut consumi D. Rectori manifestabunt, alioquin sine spe venia à collegio expellantur.

### *IV. De officio familiarium, & de pena eorum.*

Insuper statuimus, quod ex familiaribus iuxta constitutionē 3. tomī 4. vñus sit dispensator, quem Rector, & consiliarij, vel corum maior pars, seruitio, & utilitatē domus magis idoneum repererint. Quodque si ita expedire cognouerint, possint eum ab officio deponere, alterumque eis loco subrogare, qui sic electus, aut nominatus præmisso iuramento dictæ constitutionis tenebitur

tur personaliter, simul cum suo famulo ad emendum victimi necessaria ire, eaque in platea maiori, si ibi reperiantur semper emere; alioquin acriter puniantur per Rectorem; ex alijs vero familiaribus, nouissimus rectorij curam gerat suis proprijs manibus mensas, vasas, parietes, & solū expurgaturus, & omnia eius servitio necessaria, & minimè per portionistam, seu per aliquem, nec ad videndum rectorium nullus extra collegium intromittatur sub pena priuationis veri valoris portionis per integrum mensem absque spe venia, & sit in cipo per quatuor dies. Nam in honestū est, quod illud, quod ad honestatem pertinet, familiari indecorum esse videatur.

### *V. Quod nullus familiaris comitetur collegiales extra Ciuitates abeentes.*

Item statuimus, & ordinamus, quod nullus familiaris collegiales extra Ciuitatem abeentes comitari possint sub pena priuationis portionis veri valoris per mensem, nec familiaris cum collega, nec collega cum familiari ludere audeant: etiam in casu constitutionis 8. quinti tomī, nam ex nimia familiaritate cum illis familiaribus decus amittitur, atque cum sint pauperes, necessario ex bonis collegij ad ludendum subripiant.

### *VI. De informationibus familiarium faciendis.*

Quoniam experimento cognitum est non satis certas, & exploratas esse in informationes, quæ quidem de genere familiarium Salmanticæ fiunt, statuimus, ut oppositores ipsi informationes suas afferant iudices authoritate in loco suæ originis confessas, & sigillo publici tabelionis obsignatas, in quibus quinque minimum testes adhibeantur, qui & trigesimum saltem annum exceferint, & parentes, atque avos oppositorum cognouerint, si autem locus originis sit talis, & populosus, quod in eo vivant, commissarij S. Inquisitionis ipsis cōmittatur cura faciendi huiusmodi informationes, qui tamen de officio præter testes sibi præsentatos per tam oppositorem teneatur alios circa illam examinare, & in fine suum votum adscribere, præstita ibi fide, quod erat commissarij S. Inquisitionis per tabellionem.

*VII. Forma oppositionum.*

Statuimus, quod nullis oppositoribus informationes fiant, donec primo firment, & legant iuxta constitutionem 6. §. examinentur, tomis 2. nisi aliter ex iustissima, & magna causa cuncto collegio videatur, cum capella collegij possit declarare, & statuere præter constitutiones, & non contra illas.

*VIII. Consiliatura qualiter deseruienda per substitutum.*

Rursus statuimus ad excludendas fraudes, quod nulla consiliatura possit per substitutum alterius facultatis in defectum aliorum deseruiri quoad proprietatem, neque isto titulo valeat alicui tempus collegij aliquo modo prorogari.

*IX. Menses, & dies quomodo debeant intelligi.*

Statuimus, & declaramus, quod menses concessi per constitutionem 15. tomis 3. tam in ipsa, quam in alijs computentur hoc modo, quod primus mensis habeat triginta, & unum diem, secundus autem triginta, & sic de ceteris, dies autem per noctes illos sequentes in omnibus computentur.

*X. Expelluntur à capella, quos negotium ibi tractatum tangit.*

Insuper statuimus, & ordinamus, quod quoties acciderit aliquid in capella esse tractandum, idque aliquem ex presentibus contigerit, ille talis, siue de suo fauore, vel odio tractandum sit, à capella expellatur, quod si negotij qualitas hoc exposcit per scedula secretæ, cum iuramento tale negotium terminetur.

*XI. Epistola missiva, coram quibus legi debent, & quod a collegio in alicuius fauorem non mittantur, nisi ex consensu capella.*

Quoniam ex apertura epistolarum per solum Rectorem factum damnum solet afferre, statuimus, & ordinamus, quod epistole missive, quæ ad Rectorem, & collegiales diriguntur, non possint,

sint, nisi coram eis in capella aperiri : qui verò ad Rectorem, & consiliarios coram illis tantum, vel maiori parte eorum : deinde quod si collegio in alicuius fauorem, vel ad aliquem, vel aliquos dirigantur, hoc fiat ex assensu collegialium, vel maioris partis eorum ad id congregatorum sub pena vnius ducati pro qualibet vice, quam pœnam D. Rector incurrit, si in hoc statuto disposita non seruauerit.

*XII. De eligendo Theologum in consiliarium, facultatis theologiae.*

Statuimus etiam, & ordinamus, quod in electione consiliaturæ Theologorum, si fuerint æquales in suffragijs, tunc elegantur per omnes de collegio inter illos tantum, qui fuerint pares in suffragijs, aliter electio sit irrita, & innanis.

*XIII. De libris collegij foliandis per numerum, & de emendis saluandis.*

Ad evitandas fraudes, & damna, quæ collegio evenire possunt, statuimus, & ordinamus, quod omnes libri collegij tam determinationum capellæ secretæ, quam ordinariæ aliorum numerentur per folia, & taliter scribantur, & subscribantur, ut inter subscriptiones, & scripta, nullo modo possit addi, nec detrahi aliquid, & emendationes, siquæ fuerint, ante subscriptionem saluentur, pro ut in omnibus præcipit lex Regia, alias Rector, ad cuius custodiæ hoc pertinet, puniatur pena ducentorum ducatorum collegio applicandorum, & sit inhabilis ad quocumque officium, tanquam proditor honoris collegij, quæ pœna seruetur in alio quocumq; collega.

*XIV. Quorum subscriptionibus dentur apochæ.*

Insuper statuimus, quod quotiescumque per collegium datur apocha non subscribatur per aliquem, donec prius subscribat economus, ad quem spectat recipere, & petere debita collegij ( ac statim scribere in lib. receptorum collegij. ) Quod si contrarium fiat tam Rector, quam consiliarij ipsi collegio, seu alij subscribers huiusmodi apocham in solidum teneantur, & acriter per visitatorem puniantur.

XV. Quod futuro Rectori dentur a prædecessore omnia per inuentarium, & sic in reliquis domesticis officijs.

Item statuimus, & ordinamus, quod Rector à die suæ creationis infra quatuor dies sequentes cum consiliarijs omnia bona collegij à prædecessore relicta scripta per inuentarium recipiat, quod à nouis Rector, & consiliarijs subscriptum, verum, & approbatum in arca dicti collegij perpetuo seruetur. Libros autem, & cætera alia, quæ ad cameram rectoralem spectant, illicò reddat. Quod idem seruetur in quolibet officio collegij, cum de novo eliguntur, alias puniantur portione collegij per annum, quæ poenam collegiales sub poena præstiti iuramenti exequi teneantur, inuentarij verò utensilium rectorij, & coquinæ, atque cellularij, seu cuiuscumque officij copiam Rector penes se habeat, ut per illum possit supellecstile huiusmodi visitare: quam visitationem per se, vel alium collegiale, semel saltem in ternis mensibus Rector facere teneatur sub poena solutionis eorum, quæ ex dictis utensilibus perire contigerit.

XVI. Quod singulis mensibus omnes conueniant.

Item statuimus, & ordinamus, quod in quolibet die primo vniuersitatis mensis omnes collegiales cum Rectori in capella collegij, vel alio loco idoneo conueniant ad tractandum de negotijs collegij, & de redditibus, & possessionibus, & reparacionibus bonorum, & ædificiorum dicti collegij, ita, ut omnes sciant negotia, & bona collegij, & de alijs moribus collegialium reprehendendis, necnon eodem die libros bibliothecæ requirat, & a puluere excuti faciat, alias Rector, qui hoc facere omiserit, sciat se esse priuatum à iusto portionis pretio per duos menses.

XVII. De absentijs resumendis, & de tempore existentium in hospitio.

Ad evitandas fraudes, & contentiones circa prolongationem temporis existentium in collegio statuimus, & ordinamus, quod eo ipso, quod in ultimo anno fuerit electus in consiliarium, quod tempus absentiarum, quod dictus collega pro negotijs collegij habebat, censeatur consumptum, & finito tempore consiliature iuxta

iuxta formam constitutionis, in nomine Dñi à collegio exire teneatur. Sed quia collegium loco patris est habendum conformantes nos cum antiquis statutis, & traditionibus collegarum prædecessorum declaramus, quod vnuſquisque sit extra collegij clausuram cum habitu, & insignijs collegij in cameris ad hospitium designatis per spatium vnius anni, ut est concessum, quo epocho possit prorogari ad sequentem annum, si placuerit maiori parti collegij, sed ulterius non possit prorogari, nec concedi, nisi ex magna, & urgentissima causa, in qua omnes, nemine discrepante, conuenire debent, qui tamen teneatur soluere ipsi collegio ex prefato tempore illud, quod adhuc est solitum periodui, pro quolibet anno, videlicet quadraginta ducatos.

XVIII. Pœna non subscribentis, quod à maiori parte

statuimus, & ordinamus, quod quotiescumque per maiorem partem collegij aliquid resoluitur, cum à toto collegio factum censeatur, Rector, & alij teneantur subscribere præfatam determinationem, etiam si ipse Rector, vel alius fuerint contrariae sententiae, sub poena priuationis suffragij per annum.

XIX. Qua pœna puniatur Rector aliquem ex voto priuans, nisi transactis prius triginta diebus.

Statuimus, & ordinamus ad excludendas fraudes, & machinationes, quæ possunt oriri, ut quotiescumque aliquis collega veniat priuandus, siue sit ex priuatione per constitutiones, siue alio quocumque modo ad effectum faciendi electiones, seu ad aliquæ actum faciendum de collegio, non sit ausus Rector, nec alius priuationem executioni demandare, nisi ante huiusmodi actum faciendum trigintadiis sint transacti, ex die notificationis, priuationis facienda, alias Rector, & cæteri de collegio incurant in pœnam centum ducatorum quilibet ipsorum ipsi collegio applicandorum, & actus factus sine voce, & voto collegæ priuati, sit nullius ponderis, ac momenti.

XX. De modo designandi collegam ad oppositionem cathedrae quando posse compelli.

Statuimus etiam, & ordinamus, quod quotiescumque in di-

*Dersigatum est à  
Visitatore Regali,  
et Consilio Supre-  
mo, ita ut antiquo-  
ris optione tantum  
oppositiones cathedra-  
riarum omnium  
dentur absque frau-  
de, et preiudicio  
absentium, ut con-  
stat ex decreto Epis-  
copi Segob. visita-  
toris generalis, et  
Regalit, anno Domini  
1635. die 27. Oc-  
tober promulgato  
in Vicerectoria don  
Gregorij de Chaves  
et Mendoza, ut  
constat ex lib. de-  
terminationum col-  
legij, pagin. 452.  
buelta: et ex con-  
firmatione Anno  
1636. a Regali  
Consilio facta, ut  
constat in lib. codex  
pag. 462. buelta.*

acta Vniuersitate, aliqua cathedra, vel substitutio vacauerit, & plures collegiales ad eam se opponere voluerint ynusquisque eorum lectionem de materia sibi assignatam, per Rectorem facere teneatur, post hæc vero, omnibus in capella congregatis, idem Rector ab eis iuramentum accipiat, quod eligent sufficientiore, & magis idoneum ad huiusmodi opositionem, & cui maior pars adhaerit, opporatur ad cathedram. Si vero nullus collegarum velit se opponere, possit capella compellere idoneorem ad oppositionem cathedralæ. Nam ex varietate temporum cognouimus id conuenire collegio, & eius honori, ad quod maior pars capellæ possit debitam poenam apponere recusanti.

### XXI. De termino claudendi edictum.

Rursus statuimus, quod terminus edictorum præbendarum vacantium, nec claudi, nec finiri possit, nisi prius informationes oppositorum, seu inquisitiones in capella examinentur, & de eorum habilitate sit discussum, taliter quod declarentur, qui sint habiles, quod si aliter fieri contingat, pro infecto habeatur, & terminus edicti per alios dies censeatur prorogatus. Quod, ut commodius obseruetur, statuimus, & ordinamus, quod informationes statim, quod alatae fuerint in capella examinentur. Quod si ex aliqua iusta causa id statim fieri non possit, saltim reponantur in arca collegij, ita quod nullo, neque brevi tempore remaneant penes informantes, aut collegiales.

*Item statuimus, quod nullus possit ad collegium admitti, nec in collegam valeat eligi, qui non sit prius baccalaureus in tali facul-  
tate, & administrus post gradum sint transfeati in quatuor anni, vel  
administris tres, etiam si fuerint presentati per patronum.*

XXII. Quod nullus possit admitti, nisi sit graduatus.

Insuper statuimus, quod portionarius collega quotidie tam mané, quam nocte ponderatione carnis, & fructuum pro portionibus refectorij interesse teneatur, provt constitutio 19. quinti tomī sentit. Et etiam in portionibus diuidendis tempore prandij

&amp;

& coenæ: ne collegiales aliquam iacturam patientur sub pœna priuationis portionis per decem dies, quod idem seruetur in casu constitutionis 17. vbi de cura panis agitur: nec claves, aut eius officia possint alteri quam collegiali committi subdicta pœna.

### XXIV. Quod nullus possit graduari per hanc Vniuersitatem, nisi servato priuilegio.

Statuimus, & ordinamus, ut nullus valeat gradum Licentia-  
turæ recipere, ut sentit consti. 13. tom. 3. per hanc Vniuersitatē,  
nisi obseruetur priuilegium collegio concessum per Adrianū VI.  
in eadem forma, quæ fit cum collegialibus S. Bartholomæi, nec  
aliter fiat, cum possint graduari in collegio iuxta predictam Bul-  
lam, in quorum fidem Rector, & collegiales predicti in origina-  
li se proprijs nominibus subscripterunt.

### XXV. Quod vota absentium valeant ad impediendam electionem quocunque tempore.

Finaliter, ut maiori concordia, & consilio electiones fiant, &  
fraudes, violentiaeque Rectorum evitentur, statuimus, quod si  
collega absens reliquerit suffragium iuxta statutū 31. sexti tomī:  
possit, & valeat ille, cui relatum est, eo vti ad impediendam ele-  
ctionem collegatum, capellanorum, & familiarium, etiam si tran-  
scrit fuerint quatuor menses absentiae: alias electio facta sit nulla  
ipso iure, & Rector non admittens tales suffragium collegio sit  
ipso iure priuatus. Quæ omnia statuta antiqua, & noua nouiter  
electi omnino iurare teneantur: provt omnes iurant, in quorum  
fidem iterum se subscripterunt.

Lic. D. Didacus Al-  
derete, y Haro Rector. Lic. Hierony-  
mus de la Milla. Lic. Ioan-  
nes Quende. Lic. D. Antonius  
Ramirez de Mendoza.

Magister Ioannes de Lazcano. Lic. D. Egas Ve-  
gas Giron. Lic. D. Martinus de Idiacyx. Doctor Petrus Gomez  
Contreras. Lic. Arias Gago de Figueiroa. Lic. D. Antonius  
de Figueredo. Lic. D. Thomas Venegas. Lic. D. Ximenes Ortiz.  
Quibus

*Quibus diebus Missæ, Matutina, & Vesperæ solemniter,  
& in cantu in collegij capella anno quolibet  
dici debeant.*

In die natalis Dñi à vespere vigiliæ, usque in diem S. Ioannis inclusuè Missacum omnibus alijs horis solemniter celebrentur. In die epiphaniæ Missa, & vesperæ decantentur. Similiter fiat in die Circumcisionis, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, Trinitatis, Corporis Christi, & in Conceptione, Annuntiacione, Nativitate, Assumptione Beatæ Mariæ, per constitutionē 5. tomī 1. in Nativitate Ioannis Baptistæ, Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, B. Iacobi Hispaniarum Patroni, & omnium sanctorum, & commemorationis defunctorum. In diebus epiphaniæ, Resurrectionis, Pentecostes, Corporis Xpi, & Assumptionis Virginis Mariæ matutinæ in capella solemniter, & in cantu dicantur.

*Quibus diebus officium defunctorum collega solemniter  
celebrare tenentur.*

Sexta diemensis Februarij, vespere defunctorum decantentur, cantentur etiam matutinæ cum nouem lectionibus: sequenti die dicatur Missa defunctorum pro redemptione patris, & matris nostrorum.

Item die octaua, & nona mensis Maij similiter dicantur vespere, matutinæ, & Missa solemniter pro defunctis. Item die vndecimo Augusti, ab An. 1537. similiter dicantur vespere, matutinæ, & Missa pro anima Fundatoris nostri, quibus diebus collega omnes defunctorum officium integrè persoluant.

*Quo die Missa pacis est celebranda.*  
Dic septimo mensis Decemb. qua Romana Ecclesia B. Ambrosio festa persoluit, capellani, & collegiales in capella collegij Missam pro pace, & concordia collegarum, & conservacionem collegij, & pro benefactoribus domus solemniter celebrare teneantur.

*Quibus diebus præter alios extraordinarios disponit  
constitutio 3. tomī 3. duplicari portionem.*

In festo Nativitatis Christi, & in die Epiphaniæ, & die Resurrectionis, die Ascensionis, Pentecostes, & in die Corporis Christi, & in die S. Iacobi Zebedæi, & die Assumptionis B. Mariæ, ac festo omnium Sanctorum.

**FORMA EDICTI PRAEBENDARUM VACANTIUM.**



VINCTIS pateat, & imotescat huius publici Edicti tenorem legentibus, aut audiensibus, quod in hoc laco collegio quod hic Salmanticæ, Apostolica authoritate crexit, & construxit, atq; diuino Iacobo Zebedæo, summa pietate dicitur illiusfissimus ille quodam Princeps Dominus Dominus Didacus Ramirez de Haro, cognomen bonæ memorie, & potentissimorum Fernandi, & Isabellæ, catholicorum, Hispaniarumque Regum prothofacerdos, & Regio, amplissimoq; Senatu Pinianio prefectus, Astoricensis, Malacitanensis, & tandem Ecclesie Conchenensis, meritissimus Prætul, vacant quatuor præbenda collegialium, quarum duæ sunt sacro-sancte Theologie studiosis, reliqua vero virtusque iustis professoribus designata, & una capellania, ad quam admittantur tam Theologi, quam iuriis Canonici professores. Ad quas vel earum quilibet admitti cupientes, compareant coram domino Rectore intra trintat dies computandos à die decima, vel vigesima mensis N. cauebunt tamen, ne litteras adferant commendationis, aut aliquem alium efflagitent, aut requirant fauorem, sed de sua dunctaxat sperent, & confidant iustitia, quod si fecerit faxint, erunt ipso facto inhabiles pro hac saltem vice, in quorum fidem hoc publicum instrumentum nostro sigillo, & nomine obsignatum propalam figendum curauimus. Datis in prædicto nostro collegio die N. mensis N. anno nostre salutis N.

**FORMA DEL INTERROGATORIO por el qual se han de hazer las informaciones de los opositores a las Colegiaturas.**



OR las preguntas siguientes sean examinados los testigos que se recibieren para la informacion de la limpieda, y linaje de A. hijo legitimo, y natural de B. natural de Villascusa de Haro, y de su legitima muger C. vecinos que son de la ciudad, diocesis de Cuenca, opositor que es al colegio Mayor, que dicen de Cuenca.

P Rimeramente sean preguntados, si conozcan a A opositor, y así mismo, si conocen a B. y a C. sus padres; y si saben, que son, y fueron vecinos, y naturales de Cuenca, y si saben que el dicho A. nacio en el lugar de Mohorte, y si conocieron a D. y a E. abuelos paternos del dicho A. opositor, los cuales fueron vecinos, y naturales de Toledo, y así mismo si conocen, y conocieron a F. y a su legitima muger G. abuelos maternos del del dicho A. opositor, y si son vecinos, y naturales de Victoria, y si saben, y conocieron a todos los susodichos, o de donde fueron, y de que lugares.

- 2 Item si saben, que el dicho A. es hijo de los dichos B. y de su legítima muger C. el qual es mayor de edad de veinte y cuatro años, ó de que edad es, y donde se baptizo.
- 3 Item si saben, que el dicho A. no es casado, ni desposado, frayle, ni monje, ni tiene orden alguna, ni la ha tenido por donde sea, ó aya sido regular, y si otra cosa fuera los testigos lo supieran, o huiieran oydo dezir, y no pudiera ser menos.
- 4 Item si saben, que el dicho A. es hombre de buenas, y loables costumbres, honesto, recogido, no mal acondicionado, ni reboloso, y tal que podrá vivir en comunidad, y no ha tenido, ni tiene bубas, ni orro, ni contaglio, ni notable, tal que induca horror a nadie, y si otra cosa fuera, los testigos lo supieran, o huiieran oydo dezir, y no pudiera ser menos.
- 5 Item si saben, que el dicho A. no tiene de renta en cada vnaño en su patrimonio, ni beneficio Ecclesiastico, ni prestamo, ni pension, ni en otros bienes de renta, en cada vnaño quarenta ducados, ni hacienda que lo pudea rentar.
- 6 Item si saben, que el dicho A. no ha sido preso, acusado, ni condenado por la Santa Inquisicion, ni por otro juez por delito de heregia, ni por otro delito, o causa del qual se le aya seguido infamia, ni hanido, ni es infamado de tal cosa en publico, ni en secreto, antes ha sido, y es bueno, y católico Christiano, y por tal es auido, y tenido, y comunmente reputado entre todas las personas que le conocen, sin auer oydo dezir cosa en contrario.
- 7 Item si saben, que el dicho A. es hijo legitimo, y natural de los dichos B. y su legítima muger C. los cuales le huiieron, y procrearon, durante su matrimonio, y por tal lo criaron, y trajeron, y es auido, y tenido, y comunmente reputado entre las personas que le conocen por tal.
- 8 Item si saben, que el dicho B. padre del dicho A. es hijo legitimo, y natural de D. y su legítima muger E. abuelos paternos del dicho A. los cuales lo huiieron, y procrearon, y reconocieron, durante su matrimonio, y por tal lo trajeron, y criaron, y es, y fue auido, y tenido, y comunmente reputado por tal entre todas las personas que lo conocen, digan lo que saben.
- 9 Item si saben, que el dicho B. padre del dicho A. y los dichos D. y su muger E. abuelos paternos del dicho A. ellos, ni sus antepasados, ni ninguno de ellos no fueron presos, acusados, ni condenados por la Santa Inquisicion por delito de heregia, ni por otro juez, por delito, o causa de que se les aya seguido infamia, antes han sido, y son buenos, y católicos Christianos, y por tales son auidos, y tenidos, y comunmente reputados entre todas las personas que los conocen, y conocieron, sin auer oydo dezir cosa en contrario, digan lo que saben.
- 10 Item si saben, que los dichos B. y D. y su muger E. padre, y abuelos paternos del dicho A. ellos, ni sus antepasados, ni ninguno de ellos no son, ni han sido Moros, ni Iudios, ni quemados, ni reconciliados, ni finalmente ningun genero de judaismo, ni de otra qualquier seta reprobada, traen origen, ni descendencia de tal casta, ni de ellos son, ni han sido infamados en publico, ni en secreto, antes han sido, y son Christianos viejos, limpios de toda mala raza, y ansi es publico, y notorio, publica voz, y fama, y comun opinion, y por tales son, fueron auidos, y tenidos, y han sido comunmente reputados, y nunca los testigos lo supieron, ni oyeron, ni sospecharon, ni oyeron sospechar ni dudar cosa en contrario, en publico, ni en secreto, y si otra cosa fuera, los testigos lo supieran, o huiieran oydo dezir, y no pudiera ser menos, digan lo que saben, como, y porque lo saben.
- 11 Item si saben, que la dicha C. madre del dicho opositor A. es hija legitima, y natural de F. y su muger G. abuelos del dicho A. los cuales la huiieron, y procrearon, durante su matrimonio, y por tal su hija la reconocieron, criaron, y trajeron, y es, y fue auida, y tenida, y comunmente reputada entre las personas que la conocen, y conocieron, digan lo que saben.
- 12 Item si saben, que la dicha C. madre del dicho A. y los dichos F. y su muger G. abuelos maternos del dicho opositor A. ellos, ni sus antepasados, ni ninguno de ellos no fueron presos, acusados, ni condenados por la Santa Inquisicion por delito de heregia, ni por otro juez, ni delito, o causa, de que se les aya seguido infamia, antes han sido, y son buenos, y católicos Christianos, y por tales son auidos, y tenidos, y comunmente reputados entre las personas que los conocen, y conocieron, sin auer oydo dezir cosa en contrario.

Item

13 Item si saben, que la dicha C. y el dicho F. y su muger G. abuelos maternos del dicho opositor A. ellos, ni sus antepasados, ni ninguno de ellos, no son, ni han sido Moros, ni Iudios, quemados, ni reconciliados, ni traen origen, ni descendencia de tal casta, ni de otra qualquier seta reprobada, ni de ellos son, ni han sido infamados en publico, ni en secreto, antes han sido, y son Christianos viejos, limpios de toda mala raza de Moros, y Iudios, ni confesos, marranos, y asi es publico, y notorio, publica voz, y fama, y comun opinion, y por tales Christianos viejos, y limpios han sido, y son: y han sido auidos, y tenidos, y comunmente reputados entre todas las personas, que de los tienen, y han tenido noticia, asi en esta Ciudad, como en las demas que han viuido, y viuen, y ansi es publico, y notorio, publica voz, fama, y comun opinion, y por tales Christianos viejos, y limpios son, y an sido tenidos: y nunca los testigos oyeron cosa en contrario, ni la supieron, ni sospecharon, ni vieron, ni oyeron sospechar, ni dudar en publico, ni en secreto, porque si otra cosa fuera los testigos lo supieran, o huiieran oydo decir y no pudiera ser menos, digan lo que saben, y como, y porque lo saben.

14 Item si saben, que el dicho A. como hijo, y nieto de los susodichos padres, y abuelos, es auido, y tenido, y comunmente reputado entre todas las personas q. le conocen por tal Christiano viejo, limpio de toda mala raza de Moros, y Iudios confesos, marranos, sacerdotados, o penitenciados, y que no es, ni ha sido el, ni los dichos sus antepasados, infamados en publico, ni en secreto de cosa en contrario en todos los q. han viuido, y viuen, y de los han tenido noticia, porque si lo fueran, os lo supieran, o huiieran oydo dezir, y no pudiera ser menos, digan lo que saben.

15 Item si saben, o lo susodichos es, y ha sido verdad, publico, y notorio publica voz, y

